† ſ aug. Nõ michi arrogo fortitudinẽ. qua op⁹ eſt inter hec ſcandala.

† Quia tu es deus meus forti‑

† ſ Miratur cũ deus ſit eius fortitudo. quare modo videtur repelli. deſiderans em̃ ſe repulſũ putat. quia nõ ſtatim habet quod optat.

tudo mea † quare me repuliſti: et

† ſ Aug⁹. Quia etſi nõ vincitur ſaltem piclita‑tur. † ſ Quia. † ſ tentationibus.

† quare triſtis incedo † dum † affli‑

† ſ Hic quod non ibi. † ſ vt aũt excludatur inimicus. ſ Ad iudicandũ. † ſ Aug. Lux et veritas chriſtus eſt qui veniens modo diſcer‑nit cauſam. et eruet ab iniquo et dyabolo. quia mittit angelos ſepatores qui ſeparabunt triticũ a paleis.

git me † inimicus? † Emitte † lucẽ

tuam et veritatem tuam: ipſa me

† ſ Eccleſiam.

deduxerũt ⁊ adduxerunt in † mõ‑

† ſ aug. vbi poſiti hoc ſperamus. ſ Auguſ. Que ſunt pegrinantiũ et militantium.

tem ſanctum tuũ: et in † taberna‑

† ſ Aug. Ad illud inuiſibile. quo non accedit iniuſtus. qui vero accedit ſumit in holocauſtũ diuino igne totus incenſus.

cula tua. Et introibo ad † altare

† ſ Exponit altare. † ſ aug⁹. Nouitatẽ qui ante contriſtauit vetuſtatem.

dei: ad † deũ qui letificat † iuuentu‑

† ſ Et ideo: ſ aug. gratias agam in tribulatio‑ne. vnde ſupra triſtis incedo.

tem meam. † Confitebor tibi in

† ſ Sed. † ſ Ergo.

cythara de⁹ de⁹ me⁹ † quare † tri‑

† ſ Caſ. vult eam erigere ad meliora vel forſan quia non poteſt vitare omĩa peccata timet.

ſtis es † anima mea: et quare con‑

† ſ Ratõnem ſcilicet. † ſ Potius. ſ aug. Nõ in te quid eniz es in te. quid es de te. Ille ſit ſanitas in te qui ſuſcepit vulnera de te. ppter te

turbas † me. † Spera in deo quo‑

† ſ hoc ſcz. † ſ tu me ſaluabis.

niã adhuc † confitebor illi † : ſalu‑

ſ Quia creaſti.

tare vultus mei et deus meus.

† ſ Chriſtum. † ſ Paſſionis.

† In finem filijs † chore pſalmuſ

† ſ Cur martires relinquere videtur. cũ patres iuuit in manu valida.

ad † intellectum.

XLIII.

Deus aurib⁹

† ſ Caſ. diſcretõne ratõnis in‑tellex imus. cũ patres docerẽt nos. † ſ A quib⁹ audiſtis.

noſtris † audiuimus: † patres no‑

† ſ Retulerũt opus qd opa. ⁊c. † ſ Quid. ſ aug. vt eſt eductio de egipto et in terram pro‑miſſionis inductio.

ſtri † annunciauerũt nobis. † Op⁹

quod operatuſ es in diebus eorũ

† ſ Pro id eſt. vel ſcilicet. † ſ aug. vt eſt crea‑tio celi et terre. que omnia ſpũaliter implentur in nobis. † ſ Scilicet hoc. ſ Id ẽ ptãs.

† et in † dieb⁹ antiquis. † Man⁹

† ſ terre promiſſionis. † ſ Morte et alijs modis.

tua † gentes † diſpdidit et plãtaſti

patitur: in pſalterio confitetur. Qui vero facit et patitur quod eſt ex inferiori natura in cythara. que ab in‑feriori reſonat. ſicut pſalteriũ a ſuperiori.

In cythara. Caſ. Ecce iſte q̃ ſupra fuit triſtis de malis ſeculi de bono intellectu ſi‑bi gaudium facit.

Quare contur‑bas. Caſ. Frequen‑ter et vehemẽter per‑ſuadet ſeculi triſticiã fugiendã. que patien‑tiam. charitatem. et ſpem extinguit. et to‑tam vitam confũdit.

Salutare vul‑tus mei. ⁊c. Aug⁹. Et alibi. Miſerere mei ſana animã meã quia peccaui tibi. hec vox tuta eſt fratres. ſ ⁊ in bonis opibus vi‑gilate. Tange pſalte‑rium obediendo. Tã‑ge cytharam paſſiõis tolerãdo. frange eſu‑rienti panem tuum in‑quit yſaiaſ. Ne puteſ ieiuniũ ſufficere ſine elemoſina et oratõe. Ieiuniũ te caſtigat ſed alterũ non reficit. Fructuoſe erũt angu‑ſtie tue. ſi alteri p̄ſtite‑ris latitudiñe. alijs er‑go da quod tibi dñe gaſti. q̄ multos enim paupes ſaginare po‑teſt intermiſſũ hodie prandium. Ita ergo ieiuna vt alio mãdu‑cante prãdiſſe te gau‑deas. Si panem de‑deris triſtis. et panẽ et meritum perdidiſti Ergo ex animo fac et inſta orationibus. Iuſticia enĩ hoĩs in hac vita. ieiuniũ. ele‑moſina et oratõ. que illis duabus alis vo‑lat ad deum.

Ad intellectũ. Auguſ. Non ſic que‑rant ſibi fieri ſicut iu‑dibus factum eſt. illis proſpera vt crederẽt. iſtis aduerſa: vt futu‑ra querant. ſ. ſciant p tpalia illorũ figurari ſua ſpũalia. et ẽ confortatio infirmorũ. Ideo ñ audit de⁹ ad tpalia vt ab eo deſiderẽtur eterna. et hec ñ ament.

XLIII.

Caſ. Diſtinguit beneficia dei. que incipientibus data ſunt in mundo perfectis in celo.

Vt magis ſit mirum relinqui preſentes. recolit preterita.

Deus auribus. Primum dicit deus quod facere ſolet letus vel grauiter afflictus. Audiuimus. vt maior fides ſit rei. ne putetur ambi‑gua. Patres. Nõ iuuenes. vt videãtur veri nr̃i qui ſuis certa dicerẽt. Opus. et ſi ſp operetur. tñ operari dr qñ aliqd ſignũ nouitatis oñdit.

Sed dextera tua. Aug. Id eſt. bonus ſucceſſus quē eis dediſti. Et brachiū .i. fortitudo et illuminatio .i. ſapiens conſiliū. quod totuz feciſti ex beniuolētia tua.

Tu ipſe. Aug⁹. Tempa mutata ſunt auctor nō mutatur.

In te inimicos. Aug. Quod illis tūc nobis in iudicō. vnd hic afflicti ſe cōſolantur. et reſumūt aīum. Arcus. Caſ. Maior ꝟt⁹ hominiſ. qꝛ min⁹ valet in bello. Gladius. maior virtus qui in bello plus creditur valere. Aug. Vel gladius me⁹ nō ſaluabit me. ſed tu. qꝛ et in hoc ſeculo ſaluaſti. ne nos traherent poſt ſe. et eos pudere feciſti. et ideo tūc laudabimur.

Saluaſti cōfudiſti. Aug. Nota eē ꝑterita dicta ꝑ futuris eſſe accipienda. Nūc aūt repuli. Caſ. Dyapſ. enūat mala que hic ferunt boni. nō tantū obliti dei. Caſ. Exaggerat mala vt beniuolētiā iudicis impetret. Cōfudiſti dū hic iniquis habent opprobrio.

Aug. Hec vere futura. illa a patrib⁹ audita. nunc aūt in medio tempis repuliſti et cōfudiſti. vt doceres hec ſperere. eterna querere. hic eſt intellectus tituli. Et etiā ideo vt appareat an gratis colat deus. a quo gratis eſt homo ſaluat⁹. nō eſt pro terrenis colēdus deus. vel qꝛ ſimilia his in eternū ſit daturus. Noli ergo talia ſperare a deo danda. q̄lia hic iubet contemnere. Qui eñ ita colit deū laudabilis nō eſt. Sicut nō laudat in illo ieiuniū. qui ad luxurioſam cenā ſeruat ventrē ſuū. hoc ē ieiuniū nō abſtinētie ſed luxurie.

Auertiſti. Caſ. ꝑ deficientibus. Vel auerti eſt hoſtē fugere. Unde ſi vos pſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Diripiebant. hoc fugatis contingit. vt cadant in ꝑdam. qui hoſtibus nequeunt reſiſtere.

† ſ Patres. ⁝ ſ Non facile quia fortes erāt qui aliter nō cederent. ⁝ ſ Amorreū. eueuz. et heū. et alios. † ſ A terra promiſſionis.
†eos. ⁝affliriſti ⁝poplos et ⁝expu
† ſ tu non enim ipſi. quia forſitan putarentur ex ſe fortes.
liſti eos. †Nec eñ in gladio ſuo
† ſ Robur. ſ Aug. Nec ꝑ ſe habuerunt terrā nec per ſe ſunt ſaluati.
poſſederunt terram: et †brachiuz
eorum non ſaluauit eos. Sed
† ſ Potentia. ⁝ ſ Saluauit eos.
ſ Aug. filius.
†dextera tua et ⁝brachium tuum
† ſ Auguſ. Ideo talibus ſignis eis affuit deus vt preſens intelligeretur. qui nobis nō niſi effectu miraculi preſentiam oſtendit. ſ Aug. propiciatio preſentie tue.
et† illuminatio vultus tui: quo-
† ſ Nō merito ſuo ſed qꝛ. ſ vt illis ſolis faceres. ſ Aug. Id eſt. ſic egiſti cū eis vt alius cōplaceres in eis. vt qui eos attenderet. diceret vere deus cum illis eſt ⁝ ſ Qui hec illis feciſti.
niam† complacuiſti in eis. ⁝Tu
† ſ Qui ſoles regere et ſubuenire. ⁝ ſ Caſ. Ne dubites de chriſto deo. id eſt. quin chriſt⁹ de quo loquitur ſit deus.
es ipſe †rex meus ⁊ ⁝deus meus:
† ſ Corporales. ⁝ ſ Aug⁹. Illis antiquis ꝑ creaturā non per te viſus illis. quod ſeruat in reſurrectione iuſtis. ⁝ ſ Que tunc illis temporaliter: hec nobis ī futuro. ſ Q. ſicut illos iniuſti eodem modo nos.
q̄ mandas †ſalutes ⁝iacob. ⁝In
† ſ aug⁹. Sicut paleā a granis ſeparantes.
te inimicos noſtros† ventilabi-
† ſ fortitudine. ⁝ ſ Id eſt. per hoc q̄ dicimur de tuo regno valemus. ⁝ ſ In futuro. ſ aug. Quia tūc non valebūt ledere mali ſpūs.
mus †cornu: ⁊ in ⁝nomine tuo ⁝ſp
† ſ Nunc.
nemus †inſurgentes in nobis.
† ſ Merito hec nobis facies. ⁝ ſ auguſ. vt nec patres in ſuo.
†Non enim in ⁝arcu meo ſpera-
bo: et gladius meus non ſalua-
† ſ Id eſt. ſaluabis. ſ In iudicio. ſ aug. Preteritum pro futuro. adeo certū. vt qđ fuit non poteſt non fuiſſe.
bit me. †Saluaſti enim nos de
† ſ Caſ. ab īmundis ſpiritibus qui hic affligūt
†affligentibus nos: et odientes
† ſ Id eſt. cōfundes. ſ Quādo damnabunt. ⁝ ſ Et tūc. ſ Non arrogant ſibi de gloria per futura que miſcet.
nos †confudiſti. ⁝In deo lauda
† ſ Perpetuitate que nō eſt interpolata noctibus. ⁝ ſ Pro id eſt.
bimur †tota die: ⁝et in nomīe tuo
† ſ Caſ. Quia ex omnibus eruiſti. ſ Id eſt. laudabimus te. que eſt eorum gloria. ⁝ ſ Id eſt. ſine fine. ⁝ ſ Ita in futuro. ſed nunc.
†ꝯfitebimur tibi ī ⁝ſeculū ⁝Nūc
† ſ Aug. Quia differtur ꝑmiſſio. ⁝ ſ aug⁹. Nō in cōſcientia. ſed in facie hominum.
autem †repuliſti et ⁝cōfudiſti nos
† ſ Euidenter. ſ vlterius ſicut olim iudeis. ⁝ ſ Id eſt. exercitibus. ſ aug. Per hoc inualidi ſūmus contra inimicos nrōs.
et non †egredieris deus in ⁝virtu
tibus noſtris. Auertiſti nos re-
† ſ Quia illi victores. nos victi.
troꝛſum †poſt inimicos noſtros:
† ſ aug. Id eſt. in caſtra iniquitatiſ ſue attrahebant.
et qui oderunt nos † diripie-
† ſ Caſ. Quia omnia poteſtate dei fiunt. ⁝ ſ auguſ. Plangit eos qui ſic paſſi ſunt. vt in corpus gentium verterentur.
bant ſibi. †Dediſti nos ⁝tanquā
† ſ Id eſt. que ad eſcas ſunt. nō ad fetus ſpūalium operū. ⁝ ſ perſecutio notatur.
†oues eſcarum: ⁊ in gentibus ⁝di
† ſ Aug. videmus quos dediſti. ſed non quos accepiſti. ſ Martires.
ſperſiſti nos. Uendidiſti †popu-
† ſ aug. Quia tempe pſecutionis nō congregabūtur ad iubilādū deo. vt fit in pace.
lum tuum ſine precio: et †non fuit
† ſ vel iubilationibus.
multitudo in †cōmutationib⁹ eo-
† ſ preter dura turpia etiā patimur. ⁝ ſ fixos in hoc.
ruz. †Poſuiſti ⁝nos opprobriū
† ſ Iāiam cōuertendis. ⁝ ſ Naſo ꝯtracto.
†vicinis noſtris: ⁝ſubſannatōnē
† ſ Qui fit ore. ſ vel contemptū. ⁝ ſ Caſ. Nunquam nobiſcum.
⁊ †deriſum his qui in ⁝circūitu no
† ſ vt de nobis formā maledictōnis ſumāt ſup alios. dicentes ſic pereas vt laurentius
ſtro ſunt. Poſuiſti nos in †ſimi-
† ſ ad inſultandū vt et chriſto in paſſione mouentes capita ſua.
litudinem gentibus: †commotio
† ſ Caſ. grauis verecundia que permanet tota die. hec eo erat contra ſanctos vel coram. i. ante oculos ſanctoꝝ. quando quos impios ſciebāt ſibi inſultare videbant. vel contra quia bonus erat. deſcribit verecundiā ⁊ quodā pallio confuſionis vultū dicit opertū. dū nube ſanguinea facies inflamata rutilat. ſed cū dicit operuit me. non ſolū vultus. ſed totius corporis indicauit horrorem.
nem capitis in populis. †Tota
† ſ vel corā. ſ Contra hoc quod ego putaui cum eſſem bonus.
die verecundia mea †contra me ē:
cōfuſio faciei mei ⁝cooperuit me.
† ſ Inſultantis. ⁝ ſ Crimē imponētis.
A voce †exprobrantis et ⁝oblo-
† ſ Inſtantia. ⁝ ſ Odio habētis. ⁝ ſ actu.
quentis a †facie ⁝inimici et ⁝perſe
† ſ Nō ſepatim. ⁝ ſ aug. vt fera vel torrēs.
quentis. †Hec omnia ⁝ venerūt
† ſ Ecce quanta firmitas martirū. ſ auguſ. quia intelligimus gratis colendū te ꝑpter te.
ſuper nos: nec †obliti ſumus te:
† ſ quomodo non obliti. quia. ⁝ ſ Lege vel pacto quod pepigimus tecum in baptiſmo.
et †inique nō egimus in ⁝ teſtamē
† ſ Caſ. deſꝑando de bonitate dei. ⁝ ſ Ratō.
to tuo. †Et nō receſſit retro ⁝coꝛ
† ſ aug. Et dū ſic in anguſta via ambulamus. tu decli. ſ vel non declinaſti.
noſtrum: ⁊ †declinaſti ſemitas no
ſtras a via tua. Quoniam
† ſ Caſ. In loco afflictionis. id eſt. in mundo vnde naſcitur compunctio et penitudo. exaltabis autem in loco fortitudinis ſcz in futuro.
humiliaſti nos in †loco afflictio-
† ſ Id eſt. homines ꝑ ignorantiā morientes. et alios ad ſue mortis tenebras trahentes.
nis: et coopuit †nos vmbra moꝛ
† ſ Non obliti quia ſi eſſemus. vel ſed.
tis. Si †obliti ſumus nomē dei
† ſ Caſ. Id eſt. ſi nos cū opibus ydola vouim⁹ ſ Caſſio. deſcriptio orantis qui tenſis manibuſ crucem efficit quam fronte recipit.
noſtri: et ſi †expandimus ⁝man⁹
noſtras ad deuz alienū. Nōne

Dediſti nos. Caſ. Perſiſtētes in fide. hic diuerſi martires. i. diuerſa martirij genera. alij eſca feris. alij traditi gētib⁹ in ſeruitutē. Vñ dicit. Tanq̄ȝ oues eſcarū. vbi notat quorūdam mactatō.

Uendidiſti po. Aug. Dū dātur alienigenis. et nullus acquirit. qđ fit ad probatōem. vel correctōnem. vel nullus ꝑ eis acquirit. vel ſi quis pauci tamen.

Opprobriū vicinis no. Caſ. Grauis afflictō a vicinis ingerit. qꝛ nō trāſitorie dicit quod a circūſtantib⁹ irrogat.

Deriſū. Caſ. Deriſus eſt vox confuſa leticie inſultatōnem īmoderata hilaritate denūcians. Cōtemptus eſt abiecta vilitas.

In ſimilitudine gentiu. Caſſio. In ſimilitudine xp̄i. gentib⁹ ſunt appoſiti qñ eos cōparibus pe nis affecerunt.

Exprobrantis. Caſ. Exꝑbrare eſt in faciē maledicere. Obloqui ē abſenti detrahere et doloſe mordere.

Uenerūt. Caſ. Quia non erant in nobis per culpam.

Non receſſit. Caſ. Ita q̄ retro iret et ſi aliquādo deſcendit a contemplatōne deitatis.

Declinaſti. Auguſ. Semite noſtre erant in voluptatib⁹ et pſperitatib⁹ ſeculi ſed tuliſti eas de ſua via. et oſtēdiſti artaȝ viā que ducit ad vitā. Hiero. Vel et declina. i. opa nr̄a de lege tua pēdere feciſti Vl' nō declinaſti alia lr̄a. i. non pmiſiſti declinare et deuiare ſemitas nr̄as. Hie. i. opa a via tua. i. a lege. ideo qm̄ hu.

Umbra mortis. Aug. Vl' hec mortalitas vmbra mortis ē Vera autem mors eſt damnatio cum dyabolo.

Si oblitu. Aug. Iſte eſt intellectus filioꝝ chore q̄ ꝑpter hec oīa mala nō obliuiſcūtur deū. ſcientes quia deus requiret iſta

Nouit. Aug⁹. Noſcere dicitur deus et quod nouit. et quod te facit noſcere. Aug. Nouit. Quoniam requiret propter te. vt tu inuenias te. ⁊ gratias agas ei. qui te fecit. vt in petro actū eſt. q. ꝓbauit quid poſſet.
Propter te. Caſ. Non pro criminibus noſtris. ſed vt fides tua gentibus augeatur.

Exurge. Caſſi. Precatur auxilium. vt hic afflictis tempore reſurrectōis ſubueniat. Aug. Pacte nus nō obliti. et vt pſeueremus: exurge. qꝛ propter te m. Aug. Hiero. Et ſi ſciunt chriſtū non dormire: et ſibi reſurrexiſſe: ꝑdicantur tamē̄ reſurgere p fidem nō ſibi ſed gentibus que putant mortuū. Si eñ et illi crederent ſurrexiſſe. credentes in eum nō pſequerentur. ſed et ipſi crederent.
Aug. Vel exurge. conforta. Obdormis. negligere videris. Quare. et ſi neſciamuſ tu ſcis quare. vel p culpa. vel p vtilitate. Q ſi p culpa: vtinam abeſſet. Si p vtilitate vtinā adeſſet. Quoſdā repellis: quia faciem .i. cognitionē tuam eis ſubtrahis. obdormis quibuſdā qui gemūt de malis. Quare obliuiſ .i. non das ſpiritū fortitudinis. ſine quo inopes. Et tribulationis. qꝛ eam non mitigas et hoc quare. quaſi nos neſcimus. ſed inquiramus. quia non niſi iuſte et pie auertis. f. quia ſubtracta cognitione tua. anima humiliata in cogitatione mundanorum. et venter .i. ſenſualitas heret eis. et cū ita neceſſe: fac ſurgere et erectos adiuua. et adiutos libera. vt ſine metu ſimus. Et hoc ꝑpt̄ no. tu .i. gratis nō pro merito.

† Caſ. quaſi graue eſt apud deū in ſua religione peccare. quod pondere acute ꝓnunciatōnis oſtenditur. ⁘ Manifeſta. qꝛ etiā occulta.
**deus requiret iſta. ipſe enim nouit abſcōdita cordis. Quoniā**
† quo magis religio geritur q̄ȝ deuotōne cordis. ⁘ Que abſcondita.
† Caſ. Longis paſſionibus q̄ moꝛimur videt homo. ſed cur nō niſi deus.
**ꝓpter te mortificamur tota die: eſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis.**
† aug. confortando ſtantes per fidem.
aug. Non in nobis ſed in gentibus que nō credunt. ⁘ dum differs quod expectat.
**Exurge quare obdormis domine: exurge ⁊ ne repellas in finem.**
† Reducendo deficientes. Aug. Si ſurgit in gentibus ceſſat pſecutio.
† Et ſi hoc. non in finem. ⁘ Caſ. vt videtur dū differt ſubuenire. Nō eſt querela ſed ſupplicatio pia puri cordis.
Enim.
**Quare faciem tuam auertis: obliuiſceris inopie noſtre ⁊ tribulatōnis nr̄e: Quoniā humiliata eſt in puluere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.**
† Auguſ. Quaſi nō adſis. ⁘ Quaſi oblitus ſis noſtri. ⁘ Aug⁹. Cui cōſueuiſti ſubuenire.
† Cuius ſemp clemens es inſpector.
⁘ Ideo ne obliuiſcaris. Inter man⁹ pulueris. vt te inuocemus in auxilium.
† aug⁹. Puluis nos pſequitur .i. mali. de quibus dicitur. nō ſic impii non ſic ſed tanq̄ȝ puluis.
Supaſperſo cinere.
† aug. gentib⁹ p fidē quib⁹ ceſſantib⁹ a pſecutōne. et qui terre heſerant eruti et penitētes redduntur corpori chriſti.
**Exurge domine adiuua nos: et redime nos propter nomen tuum.**
† nō propter meritum noſtrū.
† Conſūmatōem eterne beatitudinis vel chriſtū. ⁘ de veteri hoīe in nouum.
**In finem pro his qui commutabūtur filijs chore ad intellectum canticum pro dilecto.**
† Pſalmus hic ſcriptus eſt. Chriſti.
⁘ tanti myſterii. tanti decoris. Scilicȝ coniunctionis chriſti et eccleſie.
† de quo hic eſt filius m. di. Chriſto.

Poſt morā auditōnis ſancti nō deſpant: ſed continuant oratōnem. Cinere ſupra ſe ſparſo. animā peccatoꝝ memoria cruciant. Cinis eñ et ciliciū ſunt arma penitentiū. adheſit venter terre vt fit pſtratis. qui tota corporis effuſione tendūtur. Vel nō ſolū p nobis oramus. ſed et pro his qui facile cedunt illicitis motibus et herent terrenis. Exurge adiuua. hic ſine dormitione exurge ponit: quod ad reſurrectōnem ptinet. in qua eſt ſpes omniū fideliū. in qua humana deſtruit captiuitas. per quā ſumus adiuti et liberati.
In terra venter. Aug. Qui genua figit terre. habet quo plus humilietur. qui vero plus humiliat. vt et venter hereat terre. nō habet vltra quo plus humilietur. Exprimit ergo nimiā humiliatōem: vt quia venit ad ſummā. iam adſit dei miseratō. Aug. vel plangit eos qui ſunt venter .i. carnales et heſerunt. id eſt. conſenſerunt iniquis.
In finem. ⁊c. Aug⁹. Epythalamiū .i. laus thalami. Canticū p commutandis. et p dilecto .i. p ſponſa et ſponſo ſcribit. filijs chore vt venerentur. Hic enim deſcribit. p quē cōmutabuntur. quia laus ſponſi et ſponſe hic cantatur.
XLIIII.
Caſ. Propheta ꝑconia dei ſe eructaturum promittit.
Eructauit. Aug. Hiero. Intus eñ ſatur ꝓpheta laudē eructat. licȝ quidaȝ magis ſupſtitioſe q̄ȝ vere non conſiderantes textū. ex perſona patris hec arbitrātur intelligi. Sic Eructauit. ex p ēitudine mea et ſecreta eſſentia genui verbū. p quē notus dico .i. diſpono oīa et p eum loquor. et hoc eſt lingua mea. et hic eſt calamus mei ſcribe. vt ſcriba nil ſine calamo et calam⁹ ſine ſcriba ſic coopant' pr̄ et filiꝰ. Cor m. eruc. M. nō extrinſeco coniugio genui. ſ de corde. ſicut homo generat conſiliū de corde. anteq̄ȝ ſit quod facturus eſt. Cōſiliū vero patriſ eſt verbū. Bonū. quo oīa bona facta ſunt. Dico .i. eſt. verbū pfero. ideȝ hic quod priuſ. ſed in ipſo verbo oīa opera dei eſſe dicit. vnde quod factū eſt in ipſo vita e. vt nichil ſit in ope. quod nō prius fuit in conſilio. De ſ dicit. Semel locutus eſt deus. Velociter. virtus ꝓphetie. que nō ſub cruciatu humano cogitat. qđ de arcano diuinitatis alijs diuulgat. Calamus. Nō ſono qui tranſit comparat verbū: ſed ſcripto quod manet. Vel velociter. quia nō aliud poſt aliud. ſ oīa ſil in vno verbo eťno. Bndi. Caſ. Priora dixit ꝓpheta ex pſona dei. hec ex ſua vel oīa ex ſe. Vel eructat verbū qui dicit deo ymnū. Dico opera. Aug. ad laudē eius qui ex eo. Lingua calamus. quia quod dico et ſcribo. Vel velocit'. qꝛ cito ventura que ſcribo. Caſ. In labijs. qꝛ eo loquente. mūdus gratiam reconciliationis accepit.

XLIIII.

Secundū diuinā naturam.
Quaſi de pleno. Mens intus plena.
**ERuctauit cor meum verbum bonuȝ: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis.**
⁘ filiū dei. qui ſolus bonus
† Hūc pſalmū. hanc eñ predicatōem quā mēte accepat regi dicere geſtiebat
⁘ Ne cū aliquid putes a ſe dicere calamo ſe compat. a ſpū enim ſancto regitur.
† dixit et facta ſunt omnia.
† Scđm hūanā naturā. Immunis a peccato ⁘ Aug. Hiero. Cū ipſe homo nō eſt tamē vt quilibet homo. et ideo vt eū in ſuo genere cōmendaret nō ait hic pre angelis.
**Speciosus forma pre filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. propterea benedixit te deus in eternum.**
† Et. Aug. Lex p moyſen. gratia per chriſtū que peccata ſoluit.
† Aug⁹. Propter gratiā qua regnū celoꝝ datur. cum olim terra.
† hominē. ⁘ dando tibi regnū cuius regni nō erit finis.
**Accigere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Specie tua et pulcritudine tua: intende proſpere procede et regna.**
† A ſimilitudine pugnaturi. ⁘ Auguſ. quo diuidit filiū a patre. nurū a ſocru .i. verbo dei quo et hoſtes ſtrauit. ⁘ carnem.
† caſ. vt ſecundū carnē venerandū habeas.
⁘ aug. Id eſt. iuſticia vt p eodē accipiantur.
Et accinctus intende.
† hominē peuntē miſeratus reſpice.
† aug. vt regnes per fideȝ in gentibus quod iam factum eſt.
**Propter veritateȝ et manſuetudinem et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextra tua. Sa**
† Quia iplete ſut ꝓmiſſiōes ⁘ Qua paſſi ſunt martires. vnde regnum creuit. vt et ipſe prior paſſus eſt.
† Aug⁹. Quia veniet vt iudicet ſecundum opera vniuſcuiuſq̄ȝ.
† potentia verbi. ⁘ Et. caſ. verba que corda penetrant. et velociter quo vult perueniūt. et longe dirigūtur. ſupra gladius poſit⁹ eſt qui ꝓpe ferit. et ſic incōprehenſibilis potentia chriſti oſtenditur.

Speciosus forma. Caſ. Incipit de laude ſpōſi. prius a forma.
Accingere. Caſ. Hic laudat eū a ptāte. et tu talis accingere.
Specie tua et pul. Caſ. Species ad humanitatē in qua mundo apparuit. Pulcritudo ad deitatē. qua oīa decora. Intende. hominem peuntē. miſeratus reſpice. Proſpere .i. liberans homines. Procede. de vtero virginis vt ſponſus. vel ab his victis. ad alios vincēdos Regna. in fide hominū tuam potentiam oſtende. qui ſemp regnauiſti. Et per hoc quia et p te et p tuos veritatē doces. qua falſitatē noſtraȝ deſtruiſ. Et quia manſuetus ferendo malos vt quando pro inimicis orauit. ſic et ſui. Et quia iuſticiā vite oſtendit. Et quia deducet te inoffenſe per curſum totius vite. vel de populo ad populum. Mirabiliter. quia

omnes mirabūtur. vel quia miracula faciet.

¶ Populi &c. inimicorū regis Aug. Id eſt. multi de ſuis inimicis ſupponent ſe tibi. et hoc ratōne vel voluntate. hoc eſt quod titulus dixit. pro his qui cōmutabūtur ex filijs chore. amici ſicut ſaulus.

¶ In corda inimicorū regis. Caſ. Id eſt. inimicoꝝ tuoꝝ. vt ſint

Sedes t. Caſ. hic a iudicō. ſedes ad iuciū pertinet.

¶ Virga. Caſ. Regula diuine equitatis. que vere recta. et nunq̄ curuat. hec iuſtos regit. ini q̄s ꝑcutit

¶ Aug. Nemo ſibi multū de miſericordia ꝑſumat. blandiatur: quia virga directionis ſi alios regit: alios ꝯterit. r̄git ſpūales. conterit carnales

¶ Dilexiſti. Aug. Vel quia dilexi. iu. et odi. reddita ſunt hec ꝑmia. fecit te regem. dando nomē quod ē ſup om̄e nomen.

¶ Et odiſti iniqui. Si homo iniq̄tatem in ſe odit. cum deo facit. odit deus iniq̄tatē oderis et tu.

¶ O deus deus Aug. Bis poītur in greco apte. alter vocatiu⁹. alter nominatiu⁹. Iſte vnctus eſt ille lapis quem iacob vnxit.

¶ Mirra et gutta. Caſ. Hic laudat ꝓpheta ſponſum ab vxore et ornatu. prīo ab ornatu.

¶ Aug. Mirra et gutta. Odores bene adhibentur nuptiali thalamo. Gutta que et āmoniaca. Caſſia que et fiſtula. i. diuerſa virtutū odoramēta. Mirra eſt carnis amaritudo que pellit vermes maloꝝ deſideriorꝝ et male cōſciētie et ſeruat a putredine vicōrū. Gutta pellit om̄es inflaturas et tumores. i. humilitas q̄ curat duricias cordiū. ita duriciā cordiū ꝑdicatō xp̄i. Caſſia in aquoſis naſcit᷑. et creſcit in īmenſū et reddit odorē. fides que ꝑ baptiſmū creſcit. veſtis a qua hec fluūt eccleſia quā ſanguine abluit a macula. extendit in cruce a ruga duplicitatis. Vl' veſtis qua celat᷑ deitas corpus chriſti. ab hoc venit mirra. quia mortu⁹ ꝑ omnibus. Gutta quia duriciā cordiū predicatōe reſoluit. Caſſia. id eſt. redemptio per aquam baptiſmi.

¶ Eburneis. Hiero. In ebore caſtitas quod prius obſcurū ferris et limis lucidum fit. ita ſancti ꝑ ſectōnes et attritōnes diuerſorū ſuppliciorū climati virtutū varietate fiunt lucidi.

¶ Vel regum. Aug. Terrenorū nō curantes honorē patrum ſed xp̄i. Vel regū. i. apoſtolorū. in lege ſcriptū eſt. Si mortuus fuerit frater. accipiat vxorē frater eius. et ſuſcitet ſemē nō ſibi. ſed fratri ſuo. et habeat natus nomē defuncti. i. xp̄i crucifixi. Nam a chriſto xp̄iani fideles dicūtur nō a petro petrini vel a paulo paulini. qui tamē defuncto xp̄o tanq̄ fratres ſponſam eius. i. eccleſiā regendā et ad ſemē excitandū ſuſceperunt.

¶ Aſtitit regina. Caſ. Hic ab vxore cōmendat ſponſum.

(† ſ per eas vulnerati.)
gitte tue acute † populi ſub te ca-
(† ſ Aug. vbi ſe erigebant contra chriſtū. ibi ceciderunt ante eum:)
dent in † corda inimicorū regis.
(† ſ Remi. i. iudiciaria et regalis poteſtas. † ſ caſ. Quidquid cōſtituit non mutatur. ſ Quod te decet.)
† Sedes tua deus in † ſeculū ſe-
(† ſ aug. Que diſtortos dirigit. † ſ gubernatio. ſ Sceptrum.)
culi: † virga directionis † virga re-
(† ſ vere directionis quia. † ſ Nō ſolum iuſtus in te. ſed etiam in alijs diligis iuſticiam.)
gni tui. † Dilexiſti † iuſticiam et
(† ſ Aliter nō ꝑfecte diligitur iuſticia † ſ Non homines.)
† odiſti † iniquitatem: propterea
(† ſ vt diligeres iuſticiā et odires iniquitatē. † ſ Quia homo deus. ſ Scdm̄ hoīem regē et ſacerdotē ſignificat. † ſ O. † ſ Pater. † ſ Spirituali.)
† vnxit † te † deus † deus tu⁹ † oleo
(† ſ Pro puritate conſcientie et plenitudine gratie. † ſ Apoſtolis et alijs in quos ab eo vnctio gratie efflueret.)
† leticie pre † conſortibus tuis.
(† ſ Mortificatio carnis. † ſ Boni odores virtutū his aromatibus ſignāt᷑ vnde. chriſti bonus odor ſum⁹. † ſ hūilitas † ſ fides.)
† Mirra et † gutta et † caſſia a
(† ſ Spirabunt alijs ꝑ exemplū † ſ Ab eccia. ſ auguſ. Cordibus ſanctorum. quib⁹ inhabitat deus. † ſ aug. Propter caſtitatē vel virtutū decorem.)
† veſtimētis tuis a † domib⁹ † ebur-
(† ſ Odoramentis.)
neis: ex † quibus delectauerunt te
(† ſ Apoſtolorū vel ad litterā terrenorum. † ſ Qui primus frater. ſ Id eſt. chriſti.)
filie † regum in honore † tuo. Aſti-
(† ſ Que ſub lege regit. ſ ſponſa eccleſia. † ſ Que a ſiniſtris nō eſt regina ſed ancilla. ſ In eternis. ſpe. † ſ Caſ. Bonorū operum.)
tit † regina a † dextris tuis in † ve-
(† ſ Caſ. Nō aureo ne ſola ſit charitas. ſed et cetera que charitas ornat. ſ Aug⁹. doctrina ſapientie omnibus linguis variata. et tamen veſtis catholice doctrine vna eſt. † ſ Meritorum.)
ſtitu † deaurato circūdata † varieta-
(† ſ Et o regina. † ſ Mea predicatōne genita. † ſ deū ipſum. † ſ Parū eſt audire niſi humiliter audieris.)
te. † Audi † filia et † vide et † incli-
(† ſ Ritus legis vel ydolatrie. per quos ſeruis regi babilonie. † ſ aug. Babilonie vnde creuit eccleſia)
na aurem tuam: et † obliuiſcere † po-
(† ſ Babiloniā que eſt cōtra hieruſalē. ſ Conuerſatōnem et conſortiū. † ſ dyaboli.)
pulum tuum et † domum † patris
(† ſ Quem ipſe fecit in te ſ Quod ē magnū.)
tui. Et concupiſcet rex † decorem
(† ſ Nō qualiſcūq̄ rex. † ſ Nō prior pater. i. dyabolus. † ſ Non modo ſponſus.)
tuum: † quoniam † ipſe eſt † domin⁹
(† ſ Omnes populi de quibus facta es. † ſ Regem tuum.)
deus tuus: et † adorabunt † eum.
(† ſ Etiā. † ſ Aug. Quia vult vt in celo theſaurizemus et largiendo temporalia. † ſ vultus eccleſie ꝓdeſt elemoſinas faciētibus ne extra poſiti faciant. vt ſit gloria dei non ſua. ſ Conformitatem.)
Et † filie tyri † in muneribus † vul-
tum tuum deprecabuntur omēs
(† ſ He ſunt filie tyri. † ſ Concupiſcet rex decorem tuū qui non eſt niſi intus.)
† diuites plebis. † Omnis gloria
(† ſ aug. In ꝯſcientia. † ſ In doctrina ſapiētie. ſ In fine ſeculi vel cuiuſq̄ hominis quādo perfecta erit charitas.)
eius filie regis † ab intus in † fim-
(† ſ Que eſt regina † ſ Caſ. varietas linguarum decus doctrine. ſed nō ꝓdeſt niſi ſit intus gloria. ſ virtutum vel gentium.)
brijs aureis: † circūamicta † varie-
(† ſ Caſ. gratia dei non enim a ſe. † ſ Caſ. Pudice mentes.)
tatibus. † Adducentur regi † vir-
(† ſ Primā. † ſ Caſ. Nō aliene ab ea. ſed ad eā ꝑtinētes ſ vidue caſte que gradu ſecundo. † ſ Regine.)
gines poſt † eam: † proxime † eius
(† ſ Miniſterijs angeloꝝ. † ſ O rex. † ſ Caſ. Quia ſexus ille fragilis vicit graues paſſiones corporis.)
† afferēt † tibi. Afferēt in † leticia
(† ſ Caſ. Nō ſolum ad cōſpectum ſed in penetralibus regū. i. hieruſalem futuram. ſ tanquā viui lapides. † ſ Aug. In eccleſiā preſentem.)
et exultatōe. † adducētur in † tēplū
(† ſ adducentur nā. ſ aug. Pro apoſtolis. epiſcopi quos eccleſia genuit. et in ſede patrum cōſtituit.)
regis. † Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filij: conſtitues eos prin-
(† ſ Non in vno loco eccleſia. † ſ Caſ. Id ē. populus chriſtianus. qui in corum predicatōnibus per omnes ſucceſſiones ꝯcuerat. ſ vel memores erunt principes ſu. om. ter.)
cipes ſuper † omnē terram. † Me-
mor ero nois tui dn̄e in omni ge-
neratione et generatione. Pro-
(† ſ aug. vna confeſſione. ſ aug. Hec cōfeſſio vnitatis valet.)
pterea populi † confitebuntur tibi

¶ Varietate. Caſ. Et ſi ſit vnitas i. charitate tamen auro. i. doctrina apoſtolorū cocco martirū. gēmis virginū. purpura pēnitentiū ornatur.

¶ Audi filia. Caſ. Laus ſponſe ſūmiſſior ſed quadruplex a forma. a gloria. ab adoleſcentulis. a ple.

¶ Aug. Audi filia. Alloquit᷑ ꝓpheta reginā. tanq̄ vnus de patrib⁹ Iudei viderūt et occiderūt: tu audi euangeliū. et credēdo videbis deū. hic ꝑ imaginē. in futuro ꝑ ſpeciē. Vel audi ꝓphetias. que incarnatōem ꝑdixerūt. et vide impletas.

¶ Et cōcupiſcet. Caſ. Hic laudat eam a forma.

¶ Tyri. Caſ. Per tyrū viciā iudee. gētes deſignat. vn̄ mulier chananea eccleſie figura.

¶ Caſſi. Tyri gentium. a parte totum In muneribus. Aug⁹. vt ſe offerant. vel elemoſinas faciāt Filie tyri. ſcꝫ omnes diuites ple. nobiles. ſapientes et huiuſmodi. Vel filie tyri. i. anguſtie. ſcꝫ peccatorū. gentes ſcilꝫ que ſūt in āguſtia pccoꝝ.

¶ Omnis gloria. Caſſio. A gloria ſponſe. vt ſupra a poteſtate ſponſi.

¶ Ab intus. Aug. vel intrinſec⁹. Aug. ſit ergo elemoſina in occulto. vbi deus videt Vel nō in circūciſiōe manū facta ſicut in veteri lege. ſed in ſp̄ūalib⁹.

¶ Fimbrie. Caſ. Finis veſtis ſignificat finē mūdi vel hominis. Aureis nō deauratis vt ſupra: ſed aureis. quia in fine tota ꝑfectio eſt vbi charitas inuenit᷑ plena.

¶ Adducētur. Caſ. Hic laudat᷑ ſponſa ab amicabus. vt ſupra a iudicio. Caſ. Adducentur oportuna predicatōne.

¶ Poſt eam: Caſ. Prius vnitas dicit᷑. poſt enumeratō partiū eſt diſtincta. cū dicitur virgines et proxime.

¶ Afferētur. Caſ. Importuna ꝑdicatōe ꝯuerſi. vel adducent᷑ v̄gīes vt robuſti. afferētur prime imbecillitate fatigati. ctura ē charitas.

¶ In templū. Aug. Quia ſūt et heretice v̄gines extra tēplū. cu⁹ iun

¶ Pro patribus. Caſ. Quāto incremēto ꝓfecerit in ple. Caſ. Vel

ꝑ antiquis patribus ydoloꝝ cultoribꝰ. nati ſunt apoſtoli, principes predicationis. Aug. vel poſt ꝓphetas apoſtoli. pꝰ apoſtolos alij.

¶ Cantatur hic pſalmꝰ de feſto beate marie virginiſ. quia que de eccłia generali hic dicũtur ad mariã ſpecialiter referri poſſũt. Cantatur etiam pro virginibus. quia ibi dicitur adducent̃ regi virgines. Et pro apoſtolis quia ibi dicitur. nati ſunt tibi filij. Item d̃ natiuitate domini, qꝛ ibi agit̃ de laude ſpõſi et ſponſe et de nuptijs chriſti et eccleſie quarũ deſponſatõ facta eſt in verbi incarnatione.

¶ In finẽ. Caſſi. Pſalmus dauid, alicuius fidelis de iudea, vt ſit certius teſtimoniũ. Pro archanis. pro manifeſtatõne archanoꝝ. ꝙ deus ſit homo, ꝙ ſalꝰ ꝓmiſſa vtriqꝫ populo ꝙ cecitas contigit in iſrael. ꝙ apoſtoli trãſierũt ad gẽteſ. ꝙ pax in terra, vnde cõflabũt gladios ſuos in v. et lanceas ſuas in falces.

¶ Filiis chore. Caſſi. Filij crucis de archanis. i. de aduentu xp̃i loquitur.

¶ XLV.

¶ Caſ. Aug. In aduentu domini omnis ſpes habẽda oſtenditur, etiam in tranſitu apſoꝝ ad gentes.

¶ Inuenerunt nos. Aug. Nos em̃ fugiebamꝰ eas. Vel inuenerũt nos expoſitos per adã. Nimis, tanto potẽtioꝛ qui liberat.

¶ Terra. Caſ. Iudea, quaſi arida, ſine ydolatria amaritudine gentiũ circũdata.

† ſ preſentis ſeculi. ¦ ſ vbi eterna laus. ſ In futuro.

†in eternum et in ¦ ſeculuꝫ ſeculi.

In finem filiis chore pro archanis pſalmus dauid.

¶ XLV.

ſ Cõmunis. ſ Non modo iudeorum.

Deus noſter

† ſ Auguſ. Alii dij nõ ſunt refugiũ. ſ dum de periculo liberat. ¦ ſ Aug. Quia eſt refugiũ vbi plus timetur, quo quis ꝯfugerit plꝰ infirmatur. ¦ ſ Ideo ad te fugiendum. ſ Es.

†refugium et ¦ virtus ¦ adiutoꝛ in

† ſ Quia iuuat vincere eas. ¦ ſ aug. Que enim intus ſunt, a nobis nimis ſunt. ſed et hic adiuuat. quia peccata dimittit ſ aug. Nõ nos eas, vt ꝑ nos peniteremus. vbi tamen et ille rogandus. ſed et ipſe tribꝰ nos inuene. aliis monẽtibus penitere.

†tribulatõnibus que ¦ inuenerũt

† ſ Quia hic perimus. ¦ ſ Caſ. Quia talis eſt ſecuritas.

nos †nimis. ¦ Propterea non

† ſ augꝰ. Nos qui montibus conſentimus timeant contrarii. ¦ ſ Caſ. de nouitate tanti miraculi in aduentu chriſti.

†timebimus duꝫ ¦ turbabitur ter

† ſ Id eſt apoſtoli ſecundũ illud. Quia repuliſtis verbũ dei, Ecce cõuertimur ad gentes. ¦ ſ Quia gentes credunt eis. ſ Augꝰ. In fidem gentium.

ra et transferentur †mõtes in ¦ coꝛ

† ſ Q. transferẽtur montes in qua tranſlatõe.

maris. †Sonuerunt et turbate

† ſ vel eiꝰ maris. populi ſeculi. ¦ ſ poteſtates ſeculi. id eſt exterius apoſtoli territi ſunt.

ſunt aque †eoꝛũ turbati ſunt ¦ mõ

† ſ Nimia pſecutõne. ¦ ſ Eius dei qui refugiũ et virtus. vel maris. ¦ ſ augꝰ. Spiritus ſancti inundatio. ſ Sed.

tes in †fortitudiẽ ¦ eius. ¦ Flumi

† ſ Sanctam eccleſiam.

nis impetus letificat †ciuitatem

† ſ Et. ¦ ſ Caſ. Eccleſiam vel corpus quod aſſumpſit.

dei †ſanctificauit ¦ tabernaculum

† ſ Manet. ſ aug. Eque oĩbus. nõ accepit perſonas.

ſuum altiſſimuſ. †Deus ĩ medio

† ſ Ciuitatis. ¦ ſ Et ideo. ſ Illa ciuitas. ſ Porte inferi nõ pualebũt aduerſus eam. ¦ ſ Caſ. In labore ſeculi.

†eius non ¦ cõmouebitur: ¦ adiuuabit eum †deus mane diluculo.

† ſ Caſ. vel vultu ſuo. i. preſentia incarnatõis. † ſ Ideo. Salubriter. ¦ ſ Aug. vt adorẽt nõ erecta ꝑ ſupbiam.

†Conturbate ſunt gentes et ¦ in

† ſ Etiam. ¦ ſ Quia. ſ Intonuit de nubibus.

clinata ſunt †regna: ¦ dedit voceꝫ

† ſ Id eſt, terrenus. ¦ ſ Quis dedit, vo. ſu.

ſuam et mota eſt †terra. ¦ Domi

¶ Vel mare. Aug. Seculũ. Cor maris. inanitas gentiũ. Sonuerũt. contradicẽtes gentes. Vel apoſtoli ꝓdicando. Et turbate ſunt aque eorũ. ad ſenſũ fit relatio nõ ad vocẽ. i. aque maris ſcꝫ populi. vel doctrine coꝝ que infatuate ſunt choruſcante doctrina ſaluatoris. vnde abſorpti ſunt iuncti pe. in. c. Et hec eſt virga moyſi, que vorauit virgas magorum.

¶ Fluminis impetus. Caſ. Dyapſalmus, quod eccleſia in xp̃o fundatur, cui gentes et regna ſubijciũtur. Aug. M. d. Ita ſeuit mare, ſed inter hos fluctus et ſonitus nõ timent qui ad illud refugiũ confugerunt.

¶ Adiu. e. d. m. Caſſio. Vel vultu. i. demõſtratõne auxilij ſui cũ adiuuando ſe indicat.

† ſ Celeſtiũ. ¦ ſ Caſ. Emanuel quod interpretatur nobiſcũ deus. ſ Carne aſſumpta et per hoc. ¦ ſ aug. Nulla ergo terreat infirmitas.

nus †virtutum ¦ nobiſcum: ¦ ſuſce

† ſ Aug. Quid fecit ſuſceptoꝛ. ſ Ergo. ſ fide.

ptoꝛ noſter deus iacob. †Veni

† ſ Intelligite. ¦ ſ Caſ. Hiero. Que tempore incarnatõis fecit, vt de nimia pace et huiõi.

te ꝛ †videte opera ¦ dei que poſuit

† ſ aug. Quia aliquid portendebãt hec ſcilicet auferens ꝛc. ¦ ſ totam. ¦ ſ Ecce opera.

†prodigia ſuper ¦ terram: ¦ auferẽſ

† ſ Spũalia ſcꝫ male voluntatis. ¦ ſ Hoc iã factũ ẽ quibuſdã nõ repugnantibus deo. ¦ ſ Quia. ſ Inſidias.

†bella ¦ vſqꝫ ad fines terre. ¦ Ar

† ſ publicã impugnationeꝫ

cum conteret ꝛ cõfringet †arma:

† ſ vane preſumptõnis ꝓtectõnẽ. ¦ ſ Spiritus. ¦ ſ Aug. dedit vocẽ quã. vacate ab armis dyaboli. ſ Infirmaris de te. vt fortis ſis de eo.

et †ſcuta comburet ¦ igni. ¦ Vaca

† ſ aug. Nõ vos. Sed ego qui feci et reficio. nõ de veſtris operibus extollamini. ſ Intelligite.

te et videte quoniam †ego ſum

† ſ Non ille qui vos deludebat. ¦ ſ Quando ad fidem conuertentur.

†deus: exaltaboꝛ in ¦ gentibus et

† ſ Et poſtq̃ plenitudo gentiũ intrauerit. ¦ ſ aug. Iudea. gentes marc. ¦ ſ Ergo licet dicere.

†exaltaboꝛ in ¦ terra. ¦ Dominꝰ

† ſ Caſ. Qui fecit vincere populũ chriſtianũſ. licet ſit poſterioꝛ.

virtutuꝫ nobiſcum: †ſuſceptor noſter deus iacob.

† ſ pro cõuerſis gentibus dirigendis in finẽ.

¶ In finem filijs †chore pſalmꝰ dauid.

XLVI.

ſ Non modo iudei.

Omnes gẽteſ

† ſ gaudete. ſ auguſ. Bonis operibus. ¦ ſ Hiero. cõcorditer manꝰ et lingua illa opẽtur. hec confiteatur.

†plaudite manibꝰ: ¦ iubilate deo

† ſ He ſunt cauſe iubilandi et plaudendi. ſ Hic quem iriſerunt.

in voce exultationis. †Quoniã

† ſ aug. aſcendendo celũ qui prius deſpicabilis. ¦ ſ quia ſuos regit.

dominus †excelſus terribilis ¦ rex

† ſ Augꝰ. Non tantum iudeos.

magnus †ſuper omnem terram.

† ſ Ideo etiã plaudite quia. ¦ ſ gentium. ¦ ſ apoſtolis. qui de iudea.

†Subiecit ¦ populos ¦ nobis: et

† ſ aug. Paſſi a ſuis honorant̃ a gentibus. ſ Predicatione noſtra.

gentes ſub †pedibus noſtris.

¶ Mane. Caſ. In ipſo boni operis principio, et hoc. Diluculo. i. ꝑ illuminatõnem ſancti ſpũs qui eſt lux quaſi diei.

¶ Dedit. Quaſi magnũ ꝓmiũ predicatõnem, vnde tremuit trenꝰ. Tremet metu iudicis.

¶ Dominus uirtutũ. Caſ. Breuiter diffinit quid ſit xp̃s.

¶ Nobiſcũ. Caſ. M. qui miſit angelos iam ipſe venit et eſt nobiſcum, quia nobiſcũ ſuſceptoꝛ. ergo venite quaſi iam ſecuros vos inuito.

¶ Noſter. Caſſi. Nõ niſi filioꝝ crucis Deus iacob, qui tãta nobis dabit q̃nta dedit iacob, nõ em̃ illius tantũ eſt deus.

¶ Venite et uidete. Caſ. Dyapſalmꝰ Magnalia incarnatõnis.

¶ Poſuit. Augꝰ. Quaſi ſigna ad vocãdũ populũ. Prodigia, vt de partu virginis, et ſtella ꝛ ceteris.

¶ Auferens bel. Aug. Quia ꝑ aduẽtum ydolatria et ſupſtitio totius orbis perijt, vel tunc temporis pro eius preſentia orbis pacatus fuit.

¶ Vacate. Augꝰ. Si combuſta ſũt arma, vacate, non habentes vnde pugnetis.

XLVI.

¶ Omnes gentes. Auguſ. M. et ſi inſultant pueri dicentes, calue calue. vos omnes gentes, ad q̃s tranſiuit gratia.

¶ Aug. Gentes ad quas tranſiuit gratia ꝛ q̃ſi ĩ priori pſal. ad fidem vocauit inuitat ad laudem.

¶ Excelſus. Hic. potens quod vult. Terribilis. Remi, quia iudicaturus in poteſtate.

¶ Subiecit populos nobis. Caſ. Hoc hominibus fidelibus conuenit, quibus oĩes extrinſeci ſubiecti ſunt, vel ſibi ſubiecit nobis aſſociãdos: Populos, iudeos

¶ Nobis. Caſ. Uniuerſali ſcꝫ eccleſie hoc dicere oĩbus ꝯuenit fidelibꝰ q̃bus extrinſeci ſubiecti ſunt.

¶ Sub pedibus noſtris. Caſſi. Per pedes predicatores accipe quibus populi ſubiecti ſunt.

¶ Aug. Sub pedibus, ſic eſt exaltata eccleſia, vt nondum credentes ſub pedibus habeat.

Elegit nobis.zc. Vel in pſona apoſtoloꝝ. Elegit nobis dare hereditatē ſuā.multoꝝ populoꝝ vt colamus eam,gladio pdicatoꝛis coꝛda coꝝ ferientes et maliciam deſtruentes.

Hereditatē. Aug. Celeſtis hereditas pulcritudo eſt chriſtiani populi in qua ſpecioſus erit fulgens vt ſol qui nunc eſt abiectus.

Speciem. Auguſ. Id eſt,ſimiles iacob vel ſignatos p iacob.qui terrena dāt p celeſtibus.vt iacob fecit quod fuit gratia dei,quia eum dilexit eſau reprobato.

Aſcendit. Caſ. Dyapſalma. Aſcenſio ⁊ regnū dei deſcribitur. vnde inſtanter monet pſallere

In iubilo. Aug. Gaudiū admirantiū apoſtoloꝛū non poterat exponi. vbi fuit vox tube.i. angeloꝛū manifeſta, clamātiū viri galilei quid.ſ.a.zc. Eſt em̄ iubilus ineffabile gaudium qđ nec taceri poteſt,nec exprimi valet.

Pſallite. Caſ. Operibus laudate. valde eſt ſalutare qđ tam crebro repetitur quia deus eſt q̇ creat et rex creata gubernans.

Omnis. Caſſi. Non vt iupiter crete,mars thracie.

Sapienter. Docet quomodo ſit pſallendū.olim ſine ſenſu pſallebāt,dum lapides colerēt. Auguſ. Nemo ſapiēter facit quod non intelligit.

Regnabit. Auguſ. Modo impleta eſt hec prophetia de⁹ ſedet ſup ſe.ſan.

Sedes ſancta. Aug. Throni. virtutes.et ſancti.

Principes popu. Caſ. Primitiui omniū gentiū conuenerūt credendo in chriſto.quia expulſis iudeis gentes in filios abrae ſuccedunt habentes promiſſionem: quia iudei ſupbierunt. Hiero. Caſ. Vel dij fortes apoſtoli ſcilicet quos neq̄ mors neq̄ vita ſepabit a charitate chriſti. Eleuati miraclis ⁊ doctrina

† ſ Non merito ſed gratia dicit eccleſia. ⁑ ſ dare. ſ Et ſi ad iudeos venit. ⁑ ſ vitā eternā ſ vt colamus. † ſ Quam.

†Elegit ⁑ nobis ⁑ hereditatē † ſuā

† ſ Aug. Pulcritudinē. ⁑ ſ Poſterioꝛis populi. ⁑ ſ Iacob. ſ vel quā ſcz ſpeciem.

†ſpeciem ⁑ iacob ⁑ quem dilexit.

† ſ Nobis,ſubiecit quia. ⁑ ſ chriſtus. ⁑ ſ caſ. vt mūdus firmi⁹ crederet. qđties precones confirmarent.

†Aſcendit ⁑ de⁹ in iubilo: ⁊ ⁑ dn̄s

† ſ Ergo. ⁑ ſ aug. quē vt hominē, irriſerūt alieni.ſed eſt deus.

in voce tube. †Pſallite ⁑ deo

† ſ Chriſto.

noſtro pſallite: pſallite † regi nr̄o

† ſ Aſſidue. ⁑ ſ Caſ. Iam omnis. quia ab omni agnoſcitur.

†pſallite. Quoniam rex ⁑ omnis terrę deus: pſallite ſapienter.

† ſ Caſ. Q. qui humilē cōtemnūt poteſtati ſuccūbant. ⁑ ſ Qui olim ſup vnā. ⁑ ſ Oēs. ſ vel uit.

†Regnabit ⁑ dominus ſuper ⁑ gē

† ſ Aug. Ad dextrā patris regnās p ſecula. ⁑ ſ Celos angelos vel iuſtas animas.

tes: deus †ſedet ſuper ⁑ ſedem ſan

† ſ Quomō regnabit. ⁑ ſ Aug: Omniū. nō vnius tātū. ſ Etiam.

ctam ſuam. †Principes ⁑ popu

† ſ Id eſt.in chriſto qui eſt deus abrae.

loꝛum congregati ſunt †cum deo

† ſ Qui habet filios de lapidibus. ⁑ ſ Id ē. iudei preſumentes de terra.

†abraam: quoniā ⁑ dij foꝛtes ter

† ſ aug. Id eſt. valde ſupbierūt. Q. fracti ſunt rami vt humilis oleaſter inſeratur.

rę †vehementer eleuati ſunt:

† ſ vel oꝛum.

Pſalmus vel laus cātici † filijs

† ſ Qua factū eſt firmamentū.i.celū.i. agens đ eccleſia. que poſt chriſti reſurrectōez ē confirmata quā vocat ciuitatem

choꝛe †ſecunda ſabbati.

XLVII.

ſ Caſ. Quia omnia potenter facit. ſ Aug. Qui prius humilis.

Magn⁹ domi

† ſ Auguſ. Quia pulcre ⁊ mire fecit. ⁑ ſ Aug. Sine termio et fine ⁑ ſ vbi. ſ In malis ei blaſphematur deus. ſ Non in babilonia.

nus et †laudabilis ⁑ nimis: i ⁑ ciui

Pſalmus uel laus cantici.zc. Aug. Primo die fecit deus lucē et diſcreuit a tenebris. Sic dn̄ico die chriſtū ſuſcitauit,et a moꝛtalitate diſcreuit. Secūdo die firmamentū.i.eccleſiā fecit.coꝛpus capiti,quę eſt firmata poſt xp̄i reſurrectōem ſupꝛa firmā petrā.a qua dimoueri nō poteſt, de qua hic cantatur filijs choꝛe.

Caſ. De fundatione ciuitatis quā cōmendatiue deſcribit.

Aug. Cōmendat ciuitatē et dominū ciuitatis vt omes eū amplificēt. Quinq̄ modis cōmendat ciuitatē ſcz. A dignitate cōditoꝛis. A ſitu. Ab amplitudine. A benignitate regis. A ſtabilitate ęterna.

In monte. Aug. Hic eſt mons ille. qui (vt ait daniel) fuit paruus lapis pręciſus de monte ſine manib⁹,qui creuit in montē magnū poſtea ⁊ impleuit omnē terrā.i.chriſtus de gente iudęoꝝ ſine virili ſemine nat⁹ ſuper quem fundata eſt eccleſia.

Fundatur ex. Hiero. Q. quę prius maledictōnibus ſubiecta ſterilitatis opprobrio dolebat, nūc ple fęcūda vbiq̄ exultat. Et cōmēdatur hic ab amplitudine. Vel fundatoꝛ exultatōis vniuerſę zc. Q. domin⁹ eſt magn⁹. dn̄s dico fundatoꝛ exultatōis vniuerſę terrę. cui cōcoꝛdat alia trāſlatio. Alij ſic trāſferūt dilatans exultatōnes vniuerſę terrę.ipe eſt xp̄s qui p vniuerſam eccleſiā gaudia dilatat

Mons ſyon. late.aqui. Auguſ. Quicūq̄ alicui hęrēt latera eius dicūt. ita gentes dyaboli latera.p montē ſyon iudęos ſignificat.p latera aquilonis gēteſ. quę adhęrent diabolo,qui p aquilonē vētū frigidū et durū ſignificat. Ipe nanq̄ ait aſcendā in cęlū et ponā ſedē meā ab aquilone. zc. de quo. Surge aquilo et veni auſter. Itē ab aquilone pandetur omne malum zc.

In domibus. Vel in gradib⁹.i.ſecundū gradus meritoꝝ.q: in ſingulis diſtinctim dabit ꝯgnitōnem ſui.

Vel ſuſcipiet. Aug. Tutandam. et quid opus eſt.qm̄ reges contra.ſed vidētes p fidē.ſic ſcz q̄ tā digna ē h̄ ciuitas admirati ſunt.zc.

Reges. Augul. Caſ. Pꝛincipes iudęoꝝ. Cōgregati. ab herode ſciſcitāte locū natiuitatis. Cōuenerūt. concoꝛditer dicēdo,in bethleē iudę ſecundum ſcripturas. Videntes quę in prophetis legerant. Admirati ſunt. de tanta gloria, non leuiter velocioſe. Sed conturbati.p pc̄o et Cōmoti.ad fidē. et tant⁹ fuit pauoꝛ,vt coꝛpus tremet. Ibi doloꝛ. pn̄ię. vidētes.ita. Sz. In ſpū uehementi. herodis; Conteres naues tharſis.q: in tharſo cilicię q̄ magos tranſpoſuiſſe in patriam ſuam credebātur: confractę ſunt ab herode. Decurſis omibus concludit ergo. Sicut audi. in ciuitate domini uirtutū. q: ibi cuſtodes angelos deputat. Repetit. In ciuitate dei noſtri.id eſt,catholica eccleſia.ne ſibi hoc nomē cōuentus hereticoꝛū vſurpet. Ne autez putetur tempoꝛalis addit. Deus fundauit eam in ęternū.non ad hoꝛam.vt prius tabernaculam moyſi.

Tharſis. Aug. Cilicia regio a tharſo metropoli tharſis dicit᷑. Vel tharſis eſt carthago quę nauibus floꝛuit ad mercandum,quibus ſupbia gentium ſignatur,quę in incertis diuitiarum vt inflatibus venti cōfidit. ſed iam firma ſedes in ſyon.non in mari. Conteres.a ſimilitudine naufragantium. vel iuxta interpꝛetatōem nominis. Interꝑtatur em̄ tharſis

† ſ aug⁹. Que eſt in monte.nec poteſt abſcondi omnibus diffamata. hic eſt mons qui creuit et impleuit omnē terrā. ne aūt putes nō vbiq̄ eſſe. addit fundatur.

tate dei noſtri in †monte ſancto

† ſ que ciuitas. ſ vel toꝛ. ſ vel nis.

eius. †Fundatur ⁑ exultatione

† ſ duo parietes cōuenerūt in lapidē angularē qui fecit vtraq̄ vnū vt eſſet vnus paſtoꝛ et vnū ouile. ſ per patres oſtēdit quod dixerat.

vniuerſę terrę: †mōs ſyon. latera

† ſ Id eſt. dei. alij non magni.

aquilonis. ciuitas regis †magni.

† ſ Etiā. ⁑ ſ quia,iam plures. ſ vel gradibus.

†Deus in ⁑ domibus eius ꝯgno

† ſ Sed hoc p gratiā ſuſcipientis. ſ vt medicus. ſ in eterna beatitudie. ⁑ ſ A benignitate regis. ſ Hec ſunt latera aquilonis.

ſcetur: cum †ſuſcipiet eā. ⁑ Quo

† ſ Ceteris fidelibus.

niā ecce reges terrę † congregati

† ſ Non eſt locus hereticis. p partes pꝛaui doghmatis ꝯciſis. d. ecce hic eſt ecce illic. ſ In lapidem angularē.i. vnitatē fidei et moꝛū. ⁑ ſ Etiā ſic ſcilicet p fidem.

ſunt: cōuenerunt in †vnū. ⁑ Ipſi

† ſ facti. ⁑ ſ Et. ſ Scilicet videntes. ⁑ ſ de gloꝛia et miraculis chriſti † ſ Aug⁹. Poſt admiratōem gloꝛie et miraculoꝝ chriſti. ſ Aug. Pꝛo peccatis.

†videntes ⁑ ſic ⁑ admirati ſunt: †cō

† ſ Ad bona mutati. ⁑ ſ Aug. Pꝛo conſciētia delictoꝛum.

turbati ſūt. †cōmoti ſūt: ⁑ tremoꝛ

† ſ Aug⁹. tantus erat pauoꝛ q̄ etiā coꝛpoꝛe tremebant. ⁑ ſ Penitentię.

†appꝛehendit eos. Ibi ⁑ doloꝛes vt †parturientis: in ⁑ ſpiritu vehemēti †conteres naues tharſis.

† ſ graues ſed vtiles. ſ Caſ. quia inde fruct⁹ ꝓuenit. ſ vnde a timoꝛe tuo dn̄e cōcepimus ⁊ pturiuimus ſpūm ſalutis. ⁑ ſ quomodo. ſ Per ſpūm ſanctū. ſ Aug. In foꝛti timoꝛe iudicaturi.

† ſ Euertes ſuperbiam gentium.

† ſ quia ita eſt. ergo. ſ aug. In pmiſſionibus ꝓpheticis. Sicut eſt illud. adoꝛabūt e.o.gen.zc. Et illud in ſemine tuo bene.om.gen. ⁑ ſ aug. In exhibitione.

†Sicut audiuimus ſic ⁑ vidim⁹

† ſ Omnes enim reges omnes gentes adoꝛant chriſtū.chriſtus regnat in celo ad dextrā patris ſ aug. qui in hac ciuitate ē audit et videt qui extra eſt ecclis eſt. ſ eccleſia.

in †ciuitate domini virtutum.in

exploratio gaudij. **Naues tharſis.** diſcurſores i diuerſis experientijs gandia mundi explorantes.

**Suſcepimus.** Caſ. Agens gratias de aduentu xp̄i, monet de gradibus eccleſie diſtribuendis per quos ſaluator poſſit agnoſci. **In medio templi tui.** hieruſalē, grauius accuſant qui contemnūt eū, qui in medio eoꝝ cōſpectus ē. Per hoc notatur incarnatō xp̄i, qui ſecundū ꝙ homo p̄ſentatus eſt in templo. **Dextra.** Caſ. hac p̄te iuſti locātur.

Aug. Suſcepimus deus. Quo ordine fundata, vel q̄d audiuim⁹ et vidim⁹.

**Templi.** Aug. Id eſt populi nō ſuſcipiētis miſericordiā qui multus, vt nulla videant̄ eſſe grana, ſ tn̄ nō nulla, q꞉ ſcd̄m nomē.

**Secundū nomē.** Aug. Nō vbi ꝙ diffuſū eſt q꞉ nullus eſt, et ſi neſciat cultū, qui huic nomini nō ſe ſubijciat. Vel ſecundū nomē, ergo .i. ſicut reuerentia tui nominis dilatat̄: ita in eccl̄ia que toto orbe diffuſa eſt laus tibi dat̄, quia dextera .i. tua ꝓpiciatio iuſtificauit multos q̄ omnes laudant.

**Letetur.** Aug. Et ſi laborēt iuſti inter ſpinas, tn̄ exaltentur: quia nō errat de⁹ in iudicādo, ſ diſcernet oīa grana a paleis. Cōcrete nati, diſcrete iuuant: nō temere modo iudicent. coꝝ eſt modo colligere: dei eſt ſepare.

**Mons ſyon.** Caſ. Eccleſia, que ē in ſpeculatōe populi. **Filie iude.** ſancte femine, p iudaꝫ gens earū oſtendit̄, q̄ eſt ꝓpter xp̄m qui de iuda, et he exultent, vt in vtroqꝫ ſexu eccleſia ſit. **Aug.** Cauſa leticie iudicia futura vbi ſe ſciunt ad beatitudinem venturas. Qui intus ſunt letentur, vos qui extra. **Circūdate.** honores exhibendo. **Cōplectimini** charitate. **Narrate in turribus.** Caſ. predicate alijs i cōcordia apoſtolorū. In hac ciuitate bene ſunt turres apoſtoloꝝ munitōnes contra hereticos et altitudines, vnde exteris eſt loquēdū vt poſſint audire, ne p leticiaꝫ remiſſi lenteſcant.

**Uirtute.** Aug. Virtus ciuitatis charitas eſt, quā nichil vincit, vn̄ Salo. dilectio fortis eſt vt mors.

Caſ. In v̄tute eccleſie monet ponere corda. **Diſtribuite gradus** .i. officia diſtincta ordinatione diſponite p̄ſbiteros dyaconos vt p eos magnalia narrētur in altera ꝓgenie .i. populo xp̄iano qui eſt ſecūdus ab hebreo quē primū dominus elegit. **Quoniā hic eſt.** hoc eſt quod narrandū eſt breuis ſententia, ſed que oīa cōcludit. **In eternū** cōtra illos, q̄ temporales homines deos faciebant.

**Diſtribuite.** Aug. Id eſt diſtinguite domū a domibus, que habet formā tantū et que cū forma pietatē, no lite cōfundere quaſi vnū ſint, vel

† ſ Ipſe. ⁝ ſ aug. Ne ergo timeas nequādo cadat firmamentum.

**ciuitate dei noſtri: † deus ⁝ fundauit eam † in eternū. ⁝ Suſcepim⁹**

† ſ Stabiliter. ⁝ ſ fundauit quia. ſ fide. ſ Nos grana inter paleas liliū inter ſpinas amica inter filias.

† ſ O. ⁝ ſ filiū. ſ Aug. Non ſolum ſacramenta, ſed etiam rem ſacramentorum:

**† deus ⁝ miſericordiam tuam: in † medio templi tui. ⁝ Secundum nomen tuū deus: ſic et † laus tua in fines terre: iuſticia plena ē † dextra tua. ⁝ Letet̄ † mōs ſyon et exultent filie † iude: propter ⁝ iudicia tua domine. † Circumdate † ſyon et ⁝ complectimini eā: ⁝ narrate in turribus eius. † Ponite corda veſtra in virtute e⁹: et † diſtribuite domos eius vt enarretis in progenie altera. † Quoniā hic eſt † deus deus noſter ⁝ in eternum et in ſeculum ſeculi: † et ipſe**

† ſ In medio paleaꝝ que p ſacramenta quibus cōmunicant populus dei ſunt et templum de quibus habentes formā pietatis virtuteꝫ vero abnegantes. ſ In cōmuni populi tui. ⁝ ſ Et quia hoc eſt.

† ſ Que nō eſt niſi in ſanctis. ſ Aug. Nō de ſunt qui laudent per omnes terras.

† ſ aug. Multi ſunt iuſti qui ſtabunt ad dextrā. ſ Ad quā iuſti. ⁝ ſ vnde. ⁝ ſ Iudea que primos radios accepit fidei.

† ſ aug. gentes a iuda .i. ab apoſtolis genite per cōfeſſionē. ſ Confeſſionis. ⁝ ſ Aug. Quibus cecitas cōtigit in iſrael vt p. g. i.

† ſ Et o vos gentes. ſ aug. vos aūt reprobi in quorū medio ſuſcipitur miſericordia, circūdate nō ſcandalis ſed charitate bonos.

† ſ Electos. ⁝ ſ Brachijs charitatis. ⁝ ſ auguſ. Predicate laudes eius in altitudine munitōnum eius.

† ſ Nō modo ora. ſ aug. Nō ita vt habeatis formā pietatis et veritatē eius negetis.

**rabit in eo: et † laudabuntur ⁝ om**
**nes recti coꝛde:**
† ſ Conſũmatõnem ſeculi· ⁝ ſ dirigens. ⁝ ſ Id eſt. exultatio que ẽ vox redeuntis ppl̃i
**† In finem ⁝ pſalmus dauid ⁝ cã**
† ſ Scđm auguſ.
**ticũ hieremię et aggei et † ezechie**
† ſ Quod erat crucis ſicut dũ.
**lis de † verbo peregrinatõnis· vel**
† ſ Scđm auguſtinũ.
**de † populo tranſmigrationis cũ**
† ſ Mente· ſ de babilonia huius mundi·
**inciperet † proficiſci.**

¶ LXIIII.

ſ Illos decet laudare qui vel mente vel re ſunt in ſyon q̃; non eſt ſpecioſa laus in oꝛe· p.

**T E decz hym**
Non in babilone. ſ vbi modo ſumus ſpe. ⁝ ſ aug⁹. Hic in preſenti vouemus bene opãdo et cogitando. ibi reddemus votum. p vtroq; deũ laudando·
**nus de⁹ † in ſyon: et tibi ⁝ reddet**

¶ **Accedet homo.** Caſ. Nã qui ſcrutat̃ iniqua dficit· h q̃ res diuinas pquirit. qđ eſt ad altũ coꝛ ire· nõ deficit: h creſcit. et eo p̃uenit: vt ab eo ſũmus et oĩpotens eſſe credat̃· de⁹ nõ in ſe ſed in coꝛde hominis grandeſcat.
¶ Aug. Scrutati. ſed fruſtra. quia ſponte accedet homo ad paſſionẽ.
**Et coꝛ altũ·** erat ei. quia hoc faciebat ſecundũ altum conſilium.
¶ **Sagittę paruuloꝛũ.** Caſ. Enumeratã prauitatẽ irridet iudeoꝛ. qui magis turbati ſuut. nunciata reſurrectõne· iuſti letati.
¶ **Conturbati.** Caſ. Fuerũt illi qui ſalutis ſuę conſiliũ quęrentes dixerunt. Quid faciemus viri fratres.
¶ **Et timuit.** Aug. Si timet homo· nõ terreat homo quin annũciet. ſicut apoſtoli quibus cõminauerũt principes ſacerdotũ dicentes ne p̃dicarent in nomine hieſu·
¶ **Et facta eius intelle.** Aug. Cur paſſus· cur nõ deſcendit de cruce· quia moꝛiendum erat. et reſurgenduz · quod tũc non fuit intellectuz.
¶ **Lętabitur.** Caſ. Cõcluſio ex p̃dictis. Et oſtendit̃ promiſſio iuſtoꝛũ

¶ **Omnes.** Caſ. Ne putes de ſolis apoſtolis dici.
¶ **In finem.** Aug. Prophetauit hieremias poſt· lxx· annos rediturũ populũ. Inter captiuos erat ezechiel· et alij ꝓphetę: Cõpletis ·lxx· annis reſtitutũ eſt templũ. Figura eſt noſtri qui de babilonia ad hieruſalẽ ſuſpiramuſ· de ſęculo et coꝛpe peccati ad cęlum.
¶ Aug. Tres in eccleſia ſeptuageſimę memoꝛantur. vna ſignificata duę ſignificantes. vna in figura p̃ceſſit ſeptuageſima· ſ· captiuitatis iudaicę. Altera in rep̃ſentatõne adhuc obſeruatur ab eccleſia· quę incipit. a Circũdederunt me· ⁊ terminat̃ in ſabbato in albis. quam obſeruat eccleſia in rep̃ſentationem ſpũalis noſtrę captiuitat̃. qua captiui ſum⁹ dũ adhuc in coꝛpoꝛe a domĩo pegrinamur. quã eandẽ figurauit ſeptuageſima iudeorum. Sed completo ſeptenario huius vitę plene liberi erimus vtroq; homĩe glorioſi· hinc eſt q̃ i ſeptuageſima quaz eccleſia obſeruat. exponẽs miſerias noſtri incolat⁹ et laboꝛes ſubticet cãticum lęticię alleluia. Gloꝛia in excelſis. et huiuſmodi. In ſabbato paſchali vero adepta iam facultate redeundi · ⁊ ita in ſpe gaudens cantat alleluia.
¶ **Hieremias.** Aug. Hiero. Excelſus et ſignificat eos q̃ dicũt noſtra cõuerſa· in cęlis eſt. Aggeus feſtus. Illos ſignificat qui ſunt ſpe gaudentes· qui in reliquijs cogitatõnũ diem feſtũ agunt domĩo. Ezechiel. roborauit me dominus et ſignat illos qui ſunt roboꝛati in domino. hi ꝓphetauerũt reditũ in hiẽrm. rã de pfectõe ad miſeriã et cõfuſionẽ
¶ **De populo trãſmi.** Aug. Id eſt. qui trãſmigrauit de cęlo ad terram.
¶ **Cũ inciperet.** Aug. Incipit exire q̃ incipit amare. charitas ciuẽ facit hierlm. cupiditas babilonis. ⁊ ſic q̃ coꝛpe pmixti. deſiderio ſũt ſepati.
¶ Caſ. Cõſolatõ in exilio· ne q̃s deſpet: q̃; certificat reditũ· et p quẽ· et q̃ diuitię reuerſis.
¶ Affirmat reditũ et precatur:
¶ **Syon.** Patria cęleſtis eſt ſyon. eadem eſt hieruſalem.
¶ **Te.** Non deos gentiũ. et non alibi niſi in cõtemplatõne · id eſt· fide ·

et tibi de bonis opibus reddetur votum in celeſti hieruſalē. quod illi ſol/uebant marti poſt prelia: et ceteris dijs in hunc modum.

Exaudi. Caſ. Prius facit. quod a ceteris faciendū di. ſ. exaudi.

Omnis caro. Aug. Id eſt. homo. i. ex omni genere paupes: diui/tes. viri. femine. docti. indocti. pueri. ſenes.

Uerba iniquorū. Caſ. Qua ſpe hoc oras: qꝛ ad te om̄is ca. ve. nō ſolū anima. etiam malus homo. neceſſe ē vt audias. verba em̄ iniquorū dyaboli et primitiuorum parentū, ade et eue. Preualue/rūt. id eſt. in exilium pieceriunt. vel paga/ni ritꝰ ſuos filijs luis ſuaſerunt. ſed propi/ciaberis ī hoſtia chri/ſti.

Aug. Verba iniquorū. Id eſt. mali ritus et mores parentū noſtrorū (qui vt eta/te. ita auctoritate pre/ſtant pueris) ſecuti ſumus.

Propiciaberis. Aug. Propiciatio fit p ſacrificiū qđ ſacerdos chriſti obtulit. Idem eſt ergo ſa/cerdos et hoſtia.

Beatus quē. Caſ. Et beatꝰ ois ille quem elegiſti a maſſa pditoꝝ. Nō vos me. e. ſed e. n. et aſſumpſi/ſti in ſortē tuā: in eter/nam requiem.

Aug. Vel ſic p/piciaberis p beatum virū. Beatus em̄ homo quē tu elegiſti. i. quo indutꝰ es in tem/pe qui eras in princi/pio verbū. et aſſum/pſiſti in vnitatē pſo/ne. ꝛ ipſius hominis tibi naturā vniendo nō pſonam. Qui ta/lis habitat in tuo cō/ſenſu. et p eum reple/bimur in bonis gra/tiarū: vel future hie/ruſalē. que non poſ/ſunt dici.

In bonis. Caſ. Que bona ſunt ſan/ctitas in ſe. eqtas ad proximū.

† ſ anima et corpus imortale: ·|· ſ aug. Qꝛ reduces. reduc et me cū alus. et hoc eſt. ſ Caſ. Dic. vt ibi parcas quo omēs inde ituros ſcio. vt referat. u. q. p. c. ſ Iam nūc.

**votum in hieruſalez. Exaudi**

† ſ Qꝛ ·|· ſ Qui primicias de carne tuliſti. ceteri congregabūtur. vt cōpleant holocauſta.

**orationem meam: ad te omnis**

† ſ Quidem. ·|· ſ Primitiuorum.

**caro veniet. Uerba iniquorū**

† ſ vt mare mergens. ſuper nos ·|· ſ Ecōtra.

**preualuerunt ſuper nos: et im**

† ſ O fili verbū dei. ſ Et ideo nō opprimūt verba iniquorum.

**pietatibꝰ noſtris tu ppiciaberis**

† ſ aug. Homo quo indutus es. vel potiꝰ xpūs quemqꝫ beatū aſſumpſit in filiū adoptionis.

**Beatus quem elegiſti et aſſum**

† ſ Quia. ſ Nō mouendus. ·|· ſ Hierlm.

**pſiſti: inhabitabit in atriis tuiſ.**

† ſ Et nos reuerſi.

**Replebimur in bonis domus**

† ſ Que ſunt illa bona. ſ Ipſa domꝰ eſt templū dei. ſ Omnes iuſti.

**tue: ſanctum eſt templum tuuz**

† ſ Quibus vt repleamur. ſ tanto ante in carnatōnem petit exaudiri.

**mirabile in equitate. Exaudi**

† ſ Hieſus. ſ Ecce de quo ſupra ad te omis caro. ·|· ſ tu dico

**nos deus ſalutariſ noſter: ſpes**

† ſ Non modo iudee vel africe. ſ vnde ſupra ad te omnis caro. ·|· ſ In ſeculo. ſ In inſulis longe poſitis.

**omnium finium terre et in mari**

† ſ A patria. ·|· ſ per hoc ſpes omnium. ſ Ad agendū. ·|· ſ Predicatores quos miſit predicare.

**longe. Preparans montes**

† ſ Et hoc. ·|· ſ Nō ipſoꝝ. ·|· ſ vel circū cinctus. † ſ Aug. Omibus credentibus mare ſeculi cōmotū eſt. et cepit ſanctos pſequi.

**in virtute tua: accinctus potē**

† ſ Ad pſecutōem ſanctorū. ·|· ſ Cor impiorum vnde omnis cōmotio.

**tia: qui conturbas profundum**

ſ Quis ſufferet in pleriſqꝫ additum eſt in fine verſus.

**maris: ſonum fluctuum eius.**

Templum. Eccleſia. vel caro chriſti.

Mirabile in. Aug. Non in exterioribus vt domus terre. ſed in iuſticia. que pulcrior interiori oculo et amabilior. quam modo debemus eſurire. vt tunc ea ſatiemur.

In equitate. Caſ. Cū vnicuiqꝫ digna retribuet. cui et dicet exaudi nos qui es ſaluator.

Spes omniū. Laudes dei et virtutes deſcribit.

Et in mari longe. Aug. Ideo longe. quia in mari. mare dicitur in figura ſeculi amari ſalſitate iniquitatū et tempeſtuoſi pcellis tentationū vbi piſces inuicē ſe deuorant.

Preparans. Augꝰ. Ad vſus competētes. In uirtute. quia per eos fecit miracula. Quomō preparauit. Accinctus potentia. i. deitate. qꝛ hūanitas verbi maieſtate pcincta eſt. vt qđ hō nō habuit. deitas daret.

Accinctus. Aug. Chriſtus in medio vndiqꝫ cinctus. quia oīes il/lū cōmuniter habemus. qui in eū credimus. ſed quia fides non a nobis ē ab eo: potentatu ſuo cinctus dicitur.

Qui conturbas. Ecce quid p illos paratos fecit. cōturbas ad pe/nitentiā. Profūdū maris. nō ſupficiem. ſed corda pfundius merſa. vel corda principū. hec cōturbata ſunt. cū viderent et deos ſuos et ſpes ſuas ad nichilum venire.

Sonū f. Aug. Sonātes ɔtradictōne. fluctuātes pſecutione.

Aug. Sonū fluctuū eius. Vel ſonū fluctuū eius quis ſufferet. nul/lus ex ſe. ſed ex eo qui pparat montes in virtute ſua. vnde magis turbant dū iſtos plꝰ dijs ſuis valere cernunt.

Matutini et ueſpere. Aug. Mane eſt pſperitas: qꝛ letū eſt mane poſt triſti/ciā noctis. Veſpere. aduerſitas. in his tentatur homo. ſed datur ei exire inde: ne lucris capiat cui diui/tie ſunt deus. ne ad/uerſis terreat p quo paſſus eſt dn̄s.

Delectabis. Augꝰ. Delectabiles facies iaz in vita hac ſi em̄ nō delectet ho/minē ipſe exitus. non laborat inde exire: ſꝫ capitur lucris. cui nō placet pmiſſio chriſti. Et terretur aduerſis. quē nō delectat ille q p eo voluit pati. vt faceret exitum ei.

Uiſitaſti terrā et inebriaſti. Per pdicatores ſꝫ facies: nā intus doces qui/bus pdicant.

Flumen. Pro fundi ad recipiendū. Reple aquis. donis ſpūs. ſ. tu ei paraſti cibum.

Flumen dei. Caſſi. Miſericordia dei pleno fluuio comparatur. que repleta eſt aquis. i. refectōne ſin/guloꝝ. poſt potū dei de cibo ſpiritali ſub/dit. hoc totū de ſacra cōione quādo corpore eius paſcimur. ſanguine potamur. ꝛ ne quid caſu fieri puteť. ſubdit: quia ita eſt p paratio eius ſicut ab eo diſponitur. ſine quo nichil ibi fit. Riuos. apoſtolos: et alios qui de flumine biberūt. Inebria. vt ſibi et alijs ſufficiāt. Multiplica. vt p ſucceſſiones predicatio nō deficiat. corona āni. totꝰ mūdus vbi eccleſia.

† ſ Et. ſ Primo nō turbatis montibus. ſ Repetit aptius. ·|· ſ Iam chriſtiani timentur vbiqꝫ.

**Turbabuntur gentes et time**

† ſ Etiam terre. ·|· ſ Miraculis que p apoſtolos. nō ſola predicatione.

**bunt qui habitāt terminos a ſi/**

† ſ aug. Et pꝰ facies fortes ī pſpis et aduerſis.

**gnis tuis: exitus matutini et ve**

† ſ Quō. ſ Aug. Miſiſti nubes. earū predicatōne inebriata eſt terra. ſ Caſ. tuo aduētu.

**ſpere delectabis. Uiſitaſti ter/**

† ſ doctrina. vel ſpūſancto inebriaſti. ·|· ſ In multimodis donis honoraſti.

**ram et inebriaſti eaz: multiplica**

† ſ vel ditare. ·|· ſ Populus dei prior. vnde ceteri rigari poſſunt. ſ vnde ditare. aquis fluminibus. et hoc eſt.

**ſti locupletare eā. Flumen dei**

† ſ Spūſancto vnde alii potenť. ·|· ſ Et iō. ·|· ſ aug. Panē vite et intellectus. ſ. ſcripturaſ.

**repletum eſt aquis: paraſti ci/**

† ſ vt p miſericordiā des. nō quia meruerunt.

**bum illorum. quoniam ita eſt p**

† ſ vel tua. ·|· ſ Primi riui inebrietur. ſ Sūmos. ſ vel ſulcos. ·|· ſ donis ſpūs.

**paratio eius. Riuos eius in/**

† ſ vt ex credentibus alū credant. ·|· ſ Prouectos.

**ebria multiplica genimina eiuſ:**

† ſ Paruulis ſtillātur quedam licet minora. ·|· ſ Quia inde pficit. ·|· ſ Qui icipit rudiſ.

**in ſtillicidijs eius letabitur ger**

† ſ Et vere facies. ·|· ſ Multitudini fideliū anno benignitatis tue. i. gratie acquiſite.

**minans. Benedices corone**

† ſ Quo ſeminatur et creſcit quod ſeminať. ·|· ſ Id eſt. homines ex equitate pectoris.

**anni benignitatis tue: et campi**

† ſ Bonorū vel imitatorū. ·|· ſ Etiam.

**tui replebuntur vbertate. Pi**

† ſ gentilitatis. ·|· ſ Quia veniūt ad regnū. ſ vbi pphete nō ſonuerūt acceptus eſt deus pphetarum.

**gueſcent ſpecioſa deſerti: ꝛ exul**

† ſ Quos deus erigit. ·|· ſ Cōfortabūtur ad predicandū aliis. ·|· ſ Sez exultatione vel veſte nuptiali. quia.

**tatione colles accingent. In**

† ſ duces gregis apli gaudent de fructibꝰ ſuiſ.

**duti ſunt arietes ouium. valles**

Riuos eius. Caſ. Paraſti ꝛc. Et o dn̄e riuos eiꝰ flumīs doctores multiplica. da imitatores generatos in ſtillicidijs: guttis. quid p ſingula. benedices corone. i. circulo tpis qui eſt ab aduentu ad finem ſeculi quo creſcit verbū dei.

Corone. Caſ. Quia gloria victorie eſt vincenti dyabolum.

Benignitatis tue. Aug. Ne quis gloriet de meritis ſuis.

Campi. Caſ. Aug. Hoies pter equalitatē. i. iuſti. Colles. quia deus erigit humiles. Deſertum. oēs gentes. quibꝰ nullus ppheta miſſus. Pingueſcent. qn̄ apli ad eas venerūt. p quos decore facte ſunt.

Ualles. Aug. Hūiles populi multū fructū afferent.

Clamabunt. Aug. Non in blaſphemia. ſed in hymno. inde abundāt frumento.

Pſalmus iſte in exequijs fidelium decantatur. quia agit de reditu

a babilonia huiꝰ mundi ad patriā celeſtē ad quā ſancti in obitu de carne educti feliciter migrant ſtolā ſimplā recipientes donec in reſurrectōne gemine beatitudinis ſtola glorificentur.

In finem. Aug. Judei ex legis iuſticia ſperabant ſibi bona tempalia et reſurrectōem. Licet in ea nō intelligerent alia eſſe bona ꝙ̄ hic. vnde nō poterant queſtioni ſaduceorū de muliere. vij. virorū reſpondere. poſtea cepit etiā gentibus pmitti reſurrectio credentibus in xp̄m qui reſurrexit. Inde eſt pſalmꝰ iſte contra pſumptionem et ſupbiam iudeorū pro fide gentiū ad eandē ſpem reſurrectōnis vocatarum

LXV.

Caſ. Primo monet omnes de reſurrectione chriſti gaudere, que omnibus dat vitam.

Date gloriam. Aug. Non vt iudei qui meritis ſuis dant iuſticiam. et inuident gentibus gratiam.

Q terribilia. Augꝰ. Si gaudes et time. ne quod datum eſt humili auferatur ſuperbo. ſicut factum eſt iudeis. ne ergo inſultes fractis ramis: ſed time ne forte nec tibi parcat.

Opera. Caſſi. Breuiter myſteria incarnationis dicit opera. ꝙ deus homo. ꝙ paſſus mortuꝰ et huiuſmodi.

In multitudine uir. Augꝰ. Hic innuit reſurrectōꝫ ad quā excluſis mendacibus iudeis: adhibētur gentes.

Mentiētur. Opera ſunt ter. que inimici mentiūtur. cōtra mentientes oīs terra ado. ⁊c.

Aug. Mentient. Solent mentiri inimici vt potentiā cuiuſꝙ̄ minuant. tibi cōtra accidit. quia minus apparet potentia tua: ſi nō mentirētur tibi. Maxime potētia xp̄i ſecundū hominē in reſurre. vnde pſalmꝰ intitulatur apparuit. vnde propriū ſignū potentie ſcilicet reſurrectōnem commendat dicens de ſimilitudine ione quia: Sicut fuit ionas in ven. ⁊c. Itemꝙ̄ ſoluite templum. et in triduo e. i. quo ſigno nichil ē potētius. Fecerunt enim ſancti imo deus in eis fecit multa miracula homines reſuſcitare et mortuos reſurgere. iterū moritos. ſed nullus in vitam eternam ſurrexit. Ad cōmendatōnem ergo huius potentie valuit mendaciū iudeorum quo ad crucem eū pduxerunt: vt ſic reſurgeret. Valuit et mendacium falſorum teſtium ad ſoluendum templum quibus creditum eſt ⁊ damnatur chriſtus. ſed ſurrexit. et illi ſunt falſi. acceſſerunt etiam mendacio cuſtodes ſepulcri. qui et probati ſunt falſi. Auctus eſt etiā nūerus mendaciū vt augeatur merces credentiū. Mentiti ſunt et contra mēdaces apparuit chriſtꝰ veracibꝰ. Illis ergo relictis in mendacio te cuius potentie mentiti ſunt adoret omnis terra.

† ſ fruge boni operis.
abundabunt †frumento: clamabunt etenim hymnū dicent.
† ſ Id eſt. chriſtū vel cōſūmatōem future beatitudinis. † ſ Exultatō de reſurrectōe. vnde ⁊ monet bene opari. ſ dirigens.
†In finem †canticum pſalmi reſurrectionis.

LXV.

ſ Ineffabili effectu. ſ pre gaudio reſurrectōnis. ſ Hoc deo ſit qui illud percipit.
IVbilate deo
† ſ Nō ſolū iudea. † ſ Hoc oībus ſ Opere. † ſ O homines audiant. ſ Effabili affectu.
†omnis terra. †pſalmū †dicite no
† ſ Nō veſtro † ſ Quia infirma et ea que ſi ſunt elegit. ne quis glorietur. † ſ Non induſtrie veſtre.
mini †eius: †date gloriam †laudi
† ſ dic e vt timeas.
eiuſ. Dicite deo †ꝙ̄ terribilia ſūt
† ſ et hec ſunt. ſ Id eſt multa et magna.
opera tua domine: in †multitudie
† ſ dicentes nobis dormiētibus f. ſ. e. prius in multis in beelzebub e. d. ſ Ad hoc mentientur. vt multa ſit potentia tua.
ſ Sed licet ſint multa tamen.
virtutis tue †mentientur tibi inimici tui. †Omnis terra †adoret
† ſ Loco eorum. † ſ fide.
† ſ Opere. † ſ Aliis. i. aliorū inſtructioni.
te et †pſallat tibi: pſalmum †dicat
† ſ aug. O altiſſime paulo ante humillimus inter mēdaces † ſ Et o genteſ † ſ terribilia opera que vt ſciatis. venite longinqui. ſ Relinquite mendaces. venite confitentes peccata.
† ſ Agnoſcite.
†nomini tuo. †Venite et †vide
† ſ In quibus terribilis. † ſ aug. filii hominū habuerūt conſiliū pdendi eum. ille excecandi ſuperbos. vt et poſt humiliarētur et ſaluandi homines.
te †opera dei: †terribilis in conſi
† ſ Hoc fecit conſilio ſuo.
liis ſuper filios hominū. †Qui
† ſ Mundū amarū ſ vt ſitiat aquā dulcē.
† ſ Illi qui ſunt cōuerſi in aridam. ſ In labenti mundo.
conuertit mare †in aridam. in †flu

Venite. Caſ. Dyapſalma. Incipientes ad opera dei conſideranda inuitat. vt vna fides iungat quos vnum premiū expectat. vbi exponens illa opera. aperte dicit reſurrectionem ptinere ad gentes repſſis iudeis

Qui conuertit. Opera in quibus terribilis. que ſunt ea ſubdit. qui conuertit mare. In flumine iordane ad litteram. myſtice labenti mundo.

In flumine. Caſ. Licet remiſſa ſint peccata. tamen in decurſu mortalitatis adhuc ſunt. non enim mox immortalitas.

† ſ aug. Cū flumen tranſierimus iam non mortales.
mine pertranſibūt pede: †ibi letabimur in †ipſo. †Qui domina
† ſ Non in nobis. † ſ In quo. in eo.
† ſ auguſ. Nobis que virtus num eterna. in eo erimus fortes ſi eius participes ſimus. ſed non hoc ſolis iudeis preſtat.
tur in †virtute ſua in eternū: oculi
† ſ Aug. Id eſt. illuminat gentes ne predictas promiſſiones putetis inanes.
† ſ vnde. ſ Iudei.
eius †ſuper gentes reſpiciūt: †qui
† ſ Meam iram alia littera. † ſ Augꝰ. Sed in ſe humiles exaltētur in chriſto. † ſ augꝰ. In genere. in carnalibus o.
†exaſperant nō †exaltentur in †ſe
† ſ Q. oculi eius ſup gentes reſpiciunt et quia vos illuminauit. † ſ O.
metipſis. †Benedicite †gentes
† ſ In quo bn̄dicimur. vnde in ſemine t. b. o. g. † ſ Palam. ſ Q. d. nō vos ipſos laudetis ſꝫ eū cuius gratia ſumus quod ſumus.
†deum noſtrum: et †auditam faci
† ſ Cuius laudis dico vocem. eius.
te vocem laudis eius. †Qui po
† ſ Aug. Que in morte erat in ſe. ſed in eo viuit. † ſ Aug. Poſtea opus eſt vt pſeueret in finem. et hoc dedit.
ſuit †animā meam ad vitā: et †nō dedit commoueri pedes meos.
† ſ Que enim cauſa cōmotionis.
†Quoniā tu probaſti nos deꝰ
† ſ Non in cinerē vertiſti. ſed ſordes abſtuliſti.
igne nos †examinaſti: ſicut examinatur †argentū. †Induxiſti nos
† ſ Non ſicut fenū quod omnino cōburitur. † ſ Et.
† ſ aug. Nō vt capti liberaremur. ſed vnde liberati experiremur. ſ Catenas. † ſ flagella.
in †laqueū. poſuiſti †tribulatōnes
† ſ vt male erecti ad humilitatē curuemur. † ſ Quia eius voluntate fit † ſ Occiſores.
in †dorſo noſtro: †impoſuiſti †homines ſuper †capita noſtra.
† ſ Patimur ſupiores quos nouimꝰ eē peiores
† ſ A ſiti. nec eſtu nec pluuia a via ceſſantes.
†Tranſiuimus per ignē ⁊ aquaꝫ
† ſ vel in. ſ Spe. ſ poſt eſtus tribulatōis. † ſ Augꝰ. Id eſt. requiē. vbi et ignis optabilis qui totū quod in nobis fragile ē abſumit. vt nichil noſtrū remaneat. ſed abſorbeat mors. i. u. et tunc reddam.
et †eduxiſti nos †in refrigerium.

Aug. In flumine. Flumen eſt mortalitas ſeculi. vbi alij veniūt. alij recedūt. ſed qui in chriſtū credit. tranſit pede in ſe humilis non equo ſuperbus.

Ibi letabimur in ipſo. Caſſi. Vel ſic terribilia ſunt opera. que vt ſciatis. venite vos longinqui ⁊ videte. id ē. agnoſcite opa dei in q̇bus ē terribilis. quia terribilis eſt ī ↄſilijs habitis ſuper filioſ hominū. Et agit de actualibꝰ operibꝰ olim factis in pplo iſrael. et que ſunt illa ſubdit. Qui conuertit mare rubrū in aridam ad litteram. Et in flumine iordane pertranſiuit pede ſicco. Ibi. i. in operibuſ illis letabimur in idipſum. alia littera. i. in corū ſignificatū. Jam enim ſacramenta illorū operum oſtēdit in quibus letantur chriſtiāi in idipm. Maris tranſitus baptiſmū ſignificat fluminis. qd mūdo ſine periculo non poteſt tranſiri. et in his letātur chriſtiani.

In ipſo deo. Aug. Qn̄ erit oīa in oībus. vel in ipo qui domiātur in virtute ſua.

Non exaltentur. Aug. Pro lege quaſi plꝰ illis debeatur. oēs enim peccauerunt.

Caſ. Qui deū puocat ſolet exaltari ī ſe peccata ſua volens defendere: quod prohibet.

Benedicite. Caſ. Dyapſalma. Monet gentes benedicere deū: q̄ licet probet tribulatōibus. tamen ducit ad regnū. hec enim videntur obuiare promiſſe reſurrectioni.

Auditā f. Aug. Palam vt qui diligit deū. diligit et proximū. Vocem. quam dicit pater de filio. hic eſt filius m.

Qui poſuit. Aug. Enumerat hic quibꝰ cauſis debeat pdicari.

Quoniā probaſti. Aug. Nō dediſti in cōmotōnem. Quoniā pbaſti. nō in preceps dediſti. probaſti aduerſis. igne charitatis qui non ſinit ſentire tormenta: vel igne tribulatōnis nos exa. ⁊c.

Laqueum. Aug. Non qui decipit. ſed qui probat.

Tranſiuimus. Caſ. Aug. Tu hec omnia. et nos tranſiuimus per aduerſa et ſuauia. Vel per hec elementa mors martir ſepe impleta eſt.

Ignis vrit·i·aduerſitas. aqua corrūpit·i·proſperitas. vas igne ſolidatū aquā nō timet. Sic et tu igne aduerſitatis excoctus,pſperitatis aq̄ nō diſſolueris. Inde eſt ꝙ in ſacramētis in cathecizando et exorcizando prius adhibetur ignis. vnde immundus ſpiritus clamat ardeo.poſt venitur ad aquam baptiſmi·ab aqua in refrigeriū.Et quod in ſacramentis hoc in tētationibus nobis fit.

Introibo. Caſ. Ecce que bona contra ꝓcedentia mala·vt roboret

In holocauſtis. Caſ. Id eſt. vt me offerā conſpectui tuo. vel in holo·honorū operū prius exhibitis:et tunc cū introibo reddam cū angelis que hic voueo· vel interim reddaz q̄ diſtinxit ·i· que ratio mea oīibus ꝓtulit· Caim recte obtulit.ſ nō recte diuiſit ·quia creaturā creatori obtulit·ſed ſe quod charius eſt ſubtraxit.

Diſtinxerunt. Aug. Diſtinguit qui ſe dicit nichil eē·deuz oīa· et ſe eo egere· nō illum ſe.

Que locu· Que ꝓ omnibus manifeſtaui ꝓualere omnibus alijs votis in tribulatōne mea. nō victus tribulatione.

Holo·medulla. Me ipſum cū medullis intimi amoris.

Incenſo arietū. Aug. Vel cū incenſo quod eſt oratō. et arietibus quia duces gregis. maxime orant pro grege.

Cum incenſo. Hiero. Aug⁹. Cum oratōne apoſtolorū. quia deo placet qđ traditione eorum fit. Vel cū incenſione et deſtructione beſtialitatis et repugnantie. Boues ceruicoſitatē cū hircis· petulantia hec in me mactando vicia.

Offeram tibi boues. Aug⁹. Si offeruntur triturātes. non remanent tamen peccatores.ſed ꝑ pœnitentiā ſanati offeruntur et ipſi nō ꝑ ſe·ſed poti⁹ adiuncti bobus:quia fecerunt ſibi amicos de mamona iniquitatis.

† ſ Ecce refrigeriū. ſ tandem in re· ⁝ ſ futuram·

†Introibo in ⁝domū tuam· in

† ſ Et interim hic. ⁝ ſ Laudum que hic voueo· ſ Me ipſum.

holocauſtis †reddam tibi ⁝ vota

† ſ aug· Non reddet qui nō diſtinguit·

mea: ⁝que diſtinxerūt labia mea.

† ſ Que promiſit· ⁝ ſ Id eſt.cor meū· ⁝ ſ Quia ſpe dulcis eſt tribulatio.

†Et locutum eſt ⁝os meū:in ⁝ tri

† ſ Quid locutū eſt. ſ vel introibo in holo. quia dū vixero·

bulatione mea. †Holocauſta

† ſ aug. Intus eſt charitas.nō in ſuꝑficie vt eſt illis qui hominibus placent·

†medullata offeram tibi:cum in

† ſ doctores qui in vinea domini operātur. ſ vel ſu

cenſo arietum offeram tibi †bo

† ſ peccatorib⁹· ſ Aug. Qui peccata elemoſinis redimunt· ⁝ ſ fide. ⁝ ſ Mente·

ues cum †hircis. ⁝Venite ⁝audi

† ſ vos dico. ⁝ ſ Aug· Si deū non timetis nō narrabo nec vos audietis quia timor dei aures aperit:

te·et narrabo †omnes ⁝qui time

† ſ Narrabo· ⁝ ſ Si vultis eadē faciet vre·

tis deum: †quanta fecit ⁝ anime

† ſ Cū gentes ad ydola: ⁝ ſ publice confitendo et predicando·

mee. †Ad ipſum ⁝ore meo clama

† ſ Quia inde holo.medul.

ui:et exaltaui ſub †lingua mea.

† ſ Nō ꝙ nō ſuggeratur.ſed nō ametur· ⁝ ſ Id eſt·dilexi. Multi apud ſe amāt quod in alijs damnāt·erubeſcētes forte propter hoīes·

†Iniquitatem ſi ⁝aſpexi in cor

de meo:non exaudiet dominus.

† ſ Quia iniquitatē non aſpexi.

†Propterea exaudiuit deus: et

† ſ Caſ·Ecce viciſſitudo intendentē intendit·

†attendit vocem deprecationis

† ſ Hec. bona fecit anime mee· vnde bene· ſ Quia ſic pueni ſpe ad reſurrectōnem·

mee. †Benedictus deus qui nō

† ſ Sz ꝑſeuerāter facit orare vt nō in orōe tepeſcā· ⁊ ꝑſeuerāter miſerect.ſʒ qꝛ n̄ ē amota orō· ſecurus eſto ꝙ nec miſericordia· que ſi differt. nō aufert quod dandum eſt·

†amouit oratōnem meā:et miſeri

Venite. Caſ. Dyapſalma Iam expoſitis oīibus item monet non iam rudes ſed deuotos· vt exemplo ſue liberationis amplius cōfidant in dño,benedicens eum de exauditōe. Ita ego facio et o vos gētes venite·

Ad ipſum. Caſ. Exponit quanta fecit anime ſue ſubdēs ad ipm̄ ꝛc.

Hoc fecit anime mee vt clamarē ad ipſum:cū gentes ad ydola· et qđ extra loquor intus habeo.et nō iniquitatē.qꝛ ſic puritas orationis audit.

Clamaui et exultaui. Aug. Id eſt·ipſum publice predicaui· ⁊ in ſecreto cōfeſſus ſuz·quod in ore·hoc et in corde habeo·tn̄ holocauſta medullata of·hīs duobus ꝑfectus eſt chriſtianus.

Meo. Aug. Suū eſt quod nō eſt ꝑuerſum.ꝓponit meritū vt diſcāt prius laborare q̄ꝫ premiū querant.

Oratōnem et miſe. Hec duo connexa ſunt:ſi non ſuſpenditur oratio:nec protelatur miſericordia.

In finem. Caſ. Poſt canticū reſurrectiōnis deprecatōnem ſuā ꝓpheta ſubdit. vt benedicti ad dei cognitōnem ducantur.

Caſ. Prophetat benedictionē omniū ꝑ aduentū chriſti.

Aug. Quia in precedenti pſalmo monuerat nos benedicere deū qđ nō poſſumus niſi ipſe prior benedicat nos. Ideo hic ꝓcatur benedici dicens·deus miſereatur noſtri·ꝛc.

cordiam ſuam a me.

† ſ Chriſtū. ⁝ ſ Eſt. ⁝ ſ Id eſt·laudibus exhibitis vel exhibēdis· ⁝ ſ Qui monet ad bene operandum· ſ dirigens·

†In finem ⁝in ⁝hymnis †pſal

† ſ Quia eſt exultatio de benedictione. ⁝ ſ Chriſto.

mus †cantici ⁝dauid.

LXVI.

ſ Caſ·Prius miſeretur erranti· poſt benedicit bonis augēdo·

Deus miſerea

† ſ Nō ꝙ vultus eius ſit ſine lumine.ſed quod eſt reuelet̄ ſuper nos. ſ Sez claritate filii ſui qui eſt vultus patris.

tur noſtri et benedicat nobis: †il

† ſ vt ab eo capiamus lucem·

luminet vultum ſuuz †ſuper nos

† ſ Miſericordia incipit·miſericordia ꝯſeruat· ⁝ ſ Ad hoc· ſ O deus·

et †miſereatur noſtri. ⁝Vt cogno

† ſ In hac vita. ſ Sicut in celo eſt. ⁝ ſ Chriſtū ⁝ ſ Que ad te ducit.i.quo eam⁹ et qua· quod in tenebris nō poteſt fieri † ſ Sez·

ſcamus †in terra ⁝viam ⁝tuaz: †in

† ſ Id eſt.chriſtū·

omibus gentibus †ſalutare tuū.

† ſ Cognoſcam⁹. et cū cognouerūt ſ Quia inuenerunt viā· ſ Aug. Se accuſent.te laudēt·

†Confiteantur tibi populi de⁹:

† ſ nō vnius terre.ſed omēs·ne dicat̄ eccleſia nō vbiꝗ diffuſa·

confiteantur tibi populi †omnes.

† ſ Et ſi confitentur. ſ Quia hec confeſſio nō ducit ad penam. ⁝ ſ Quia bonus eſt cui confeſſio fit·et cōfeſſos liberat.ſuꝑbos dānat·

†Letentur et ⁝exultent gentes:

† ſ In iudicio futuro· ⁝ ſ Aug. Et equitas illa nō eſt timenda bonis·quia mō dirigit illos

quoniaz †iudicas populos in ⁝ eq

tate:et gentes in terra dirigis.

† ſ aug⁹·gaudēs ergo repetit eadem que ſupra dixit in exhortando·ſed adiecit aliam rē de fructu terre.et ideo frequētato verbo poſtulat nos benedici·

†Confiteantur tibi populi deuſ

confiteantur tibi populi omnes

Deus miſereatur. Aug. Prior eſt benedictio dei que ē quaſi pluuia terrā noſtre mentis irrigans. inde nos benedicim⁹ eū. quod quaſi fruct⁹ eſt· et in vtroꝗ nos creſcim⁹·nō ipſe. Dicat ergo deſiderans pluuiaz dominice benedictionis·deus miſereatur noſtri et benedicat nobis. ſed qꝛ multi volunt benedici copia rerum· prole et alijs huiuſmodi. q̄ quidem a deo ſunt.ſ cōmunia bonis ⁊ malis:addit quod proꝑiū eſt iuſtis·illumi·ꝛc. Et hec eſt benedictio dextre. Benedictio enī ſiniſtre in tēporalibus ſcilicet cōmunis eſt bonis ⁊ malis. Si enim ſolis bonis daret hec·putaret malus ꝓpter hec colendū eſſe deum. Nec ſi ſolis malis daret timeret infirm⁹ ad deū conuerti· ne hec deeſſent ſibi quem nutrit pius agricola nō ſubtrahendo iſta. dat ergo bonis vt conſolentur intrantes. dat et malis vt diſcāt boni querere alia non cōmunia malis. tollit bonis vt probent ſe fortes. Tollit malis vt infirm⁹ nō timeat perdere que perdit et malus cui nichil remanet intus. hic vero ſi perſtat habet intus quo ſe conſolet̄. Iſte ergo benedictōnem dextre deſiderāſ ait. Illuminet·i·oſtēdat vultuz ſuū nobis. Vel vultū ſuum·i· imaginem tuam quam impꝛeſſiſti nobis,illumina ſapiētia,ne ſit in tenebris. vt ſciam⁹ nos factos ad imaginem ſuam.et ſi a nobis deformata eſt· a te reformet̄: vt cognoſcamuſ. In qua terra: in omnib⁹ gentibus.quaz viā:ſalutare tuum·et q̇a cognoſcitur in gentibus chriſtus:cōfiteātur·ꝛc.

Benedicat. Caſ. Benedicit creator creature multiplicādo numero et merito. Benedicit creatura creatori cū corde voce et opere laudando et omne bonū quod habet ei aſcribendo.

Confiteantur. Caſ. Poſt noticiā hortat̄ confiteri pro directione et iudicio.

Letentur. Aug. Quia iam confeſſi:nō timent futura iudicia quibꝫ chriſtus ē aduocatus non iudex·letentur.

Confitean·ti·po·de. Caſ. Eadē admonitio ad aliud tendēs· qꝛ terra dedit fructū. Et ſi idē initiū,ſenſus tamē ad diuerſa tendit.

¶ Terra fructum. Hiero. Maria chriſtū. et in hoc ſemine benedicat Hec terra de noſtro limo de noſtro luto de adam dedit florē primū. qui ait. ego flos campi et liliū cōual. Iſte ergo flos fructus factus eſt vt illum ederemus vt carnē eius manducaremus. Iſte ergo fructus eſt virgo de virgine. dñs de ancilla. deus ex homine. filius ex matre. fructus de terra. Vel terra chriſtus homo. dedit fructū ſuū. reꝑatōnem. benedictōem vnde benedicat nos deus ⁊c.

¶ Terra dedit fru. in hieruſalem primo iam dedit vbi datus ſpirit⁹ eſt. ſed nō illa ſola hoc dbet. imo benedicat etiam nos.

¶ Deus. Hiero. Ter. trinitas. Eum vnitas.

¶ Et metuant eū. Caſ. Metus inter beneficia poſtulatur. vt credita caute cuſtodiant. timor dei incipit et conſūmat. qui timere nouit: amare nō deſinit.

¶ In finem. Caſ. Pſalmus dauid. ꝓphete de exaltatōne chriſti et eccleſie hic et in futuro vt omēs deo cantēt.

¶ Caſ. Surgente chriſto quaſi eleuata arca. quid bonis maliſq₃ hic et in futuro vt illos terreat hos letificet. Modū ſue locutōis formās ab eo quod moyſi et filijs iſrael cōtra hoſtes dimicātibus olim contingebat. eleuata ꝗppe arca domini hoſtes ſuos ſuperabāt atq₃ in eleuatōe arce verbis his ſimilibus moyſes vſus fuiſſe dicitur.

¶ Exurgat. Caſ. Cōfidenter optat qđ ſcit futurum.

¶ Qui oderunt. Aug. Pertinaces a ꝓ̄ſentia tollantur ei⁹ qui vbiq₃ ꝓ̄ſens. graue maledictū. vt velint et conētur quod nullaten⁹ fieri pōt.

¶ Sicut deficit fumus. Caſ. Fum⁹ ex flama aſcenſu vaneſcit, ita ex flama nequitie fumifera producūt et ipa elatione deficiunt.

† ſ. Eccleſia que prius ſpinas germinauit. ‡ ſ Confitendo ‡ ſ Opera. ſ triceſimū ſexageſimū et centeſimū. † ſ ter. de. fructū ſuū ſed nō niſi ꝑ benedictōnem ideo vt et nos fructum demus.

†terra ‡dedit ‡fructum ſuū. † Benedicat nos †deus ‡deus ‡noſter

† ſ Pater. ‡ ſ filius. ‡ ſ Non gentium. † ſ Etiā atq₃ etiā multiplicat. ‡ ſ Spūs ſanctus. ſ Ad quid valet benedictō. ad metum.

†benedicat nos ‡deus: et metuāt †eum omnes fines terre.

† ſ aug⁹. Quia veniet iudex qui prius humilis agnoſcamus humilē vt nō expaueſcam⁹ excelſū. † ſ Chriſtū. ‡ ſ dirigens ‡ ſ de exaltatōe chriſti et ſuorū aduerſariorū ruina.

†In finem ‡pſalm⁹ ‡cantici dđ.

## ¶ LXVII.

‡ ſ Hoc factū. ſurrexit chriſtus. et diſperſi ſunt iudei per omēs gentes.

Exurgat de⁹

† ſ Hic in reſurrectōne chriſti ⁊ poſt in iudicio futuro. ‡ ſ Nō loco quia vbiq₃ preſens eſt. ſed metu animi in timendo non latendo.

et †diſſipentur inimici eius: et ‡ fugiant qui †oderunt eū₃ a facie ei⁹.

† ſ Aug. Nō ea quam nō vident qua vbiq₃ eſt ſ₃ a preſentia qua in nubibus venit. i. preconib⁹ ſ Id eſt. timeant a preſentia ſanctorum. † ſ aug⁹. Extulerūt ſe ignibus odiorū inſultantes crucifixo et inde mox euanuerunt. ‡ ſ Id eſt. ſic pereant peccatores a facie dei.

†Sicut deficit fumus ‡ deficiāt †ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereāt peccatores a facie dei. †Et

ſ Annichilatur. † ſ Econtra. † ſ Iocūdentur qui laborauerūt in vinea contemplatōne dei hic et in futuro. ‡ ſ Caſ. Nō coram hominibus vana iactantia. ſ vel modo vel tunc.

iuſti †epulentur ⁊ ‡ exultent in cōſpectu †dei: et delectentur ‡ in leticia.

† ſ Qui ſine errore inſpicit. ‡ ſ Et ſi iā inſultent inimici in timore. † ſ Et ideo. ſ Mente. ſ Etiā exultate cu₃ tremore. ‡ ſ viuendo deo ‡ ſ Id eſt. recte operemini glorie eius.

†Cantate ‡deo ‡pſalmū dicite nomini eius: †iter facite ‡ ei qui aſcendit ſuper occaſum: †domin⁹ †nomen illi. ‡ Exultate in conſpectu †eius: ‡turbabūtur a facie ‡ ei⁹ †patris orphanorū et iudicis ‡ viduarū. Deus in †loco ſancto ſuo †deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. †Qui educit vinctos in †fortitudie: ‡ſimiliter eos qui exaſperant qui habitant in ſepulcris. Deus cum †egredieris in conſpectu populi tui: cum per‡transieris i‡deſerto. ‡ Terra mota eſt. etenim celi † diſtillauerūt a †facie dei ‡ſinai: a facie dei iſrael. †Pluuiam ‡ voluntariā₃ ſegregabis deus †hereditati tue: ⁊ ‡in-

† ſ Aug. In corda credentiū. ‡ ſ Caſ. vel corda veſtra parate vt intret. quia impolluta via eius. † ſ Quia. ſ Quod ſi cognouiſſent nunq̄ꝫ dominū g. c. † ſ Eſſentiale. ‡ ſ Etiā dū faciendo iter occurrunt triſtia. ſ Nō modo nō deficiatis verū † ſ Non hominū. ‡ ſ Aug⁹. Quia qui vos turbant in conſpectu hoīm ‡ ſ Cuius. † ſ Q. non eſtis deſtituti vt putant. ‡ ſ aug. Spe ſeculi carentium. † ſ Quo. non extra nos ſed in nobis. † ſ Ipſe ſibi edificat. † ſ Soluit vincula peccatorū. vnde dirupiſti vincula mea. † ſ per quā fortes ſunt qui ante non erant. ſ ſua. ‡ ſ Educit. † ſ Caſ. Egredit̄ cū apparet in opib⁹. ſed nō niſi his qui norunt eius opera intueri. hec ſcilicet opera q̄ vinctos ſoluit. mortuos ſuſcitat. † ſ vel tamen. ſ Id eſt. gentes. ‡ ſ terreni ad fidem excitati ſunt. ſ₃ vnde. q₂ celi. i. apl̄i. ſ vel res. ſ Cū predicareris gentibus. † ſ pluuiam. i. gratiam. † ſ aug. Non a ſe. ſed a deo qui in illis. ‡ ſ vel mons ſina. ſ Aug. Paulus apoſtol⁹ gentiū qui plus oīb⁹ ſtillauit generat⁹ prius in ſeruitutē ex lege que fuit data in mō. ſi. ergo hī per ſina ſignificatur. † ſ doctrinā. ‡ ſ aug⁹. gratiā que ſine meritis datur. ſ vnde voluntarie nos genuit verbo veritatis. † ſ fidelibus in quos pluuia ꝓfluа irrigatōne deſcendit ‡ ſ aug. Agnouit ſe nichil eē ex ſe. ſ vel ſti.

¶ Et fugiant qui oderunt. Hiero. Vel de penitentibus legi poteſt in bono. Q. odientes fugiant et diſſipentur. Sed alij ſicut defi. fu. defi. Nō vt in nichilū redigātur: ſed vt quieſcant a peccatis ſuis. Et ſic pereant pe. per penitentiā in eo q̄ mali ſunt. a facie dei. i. a ꝓ̄ſentia gratie ei⁹ ſicut fluit ce. a fa. ig. vt lacrimis penitentie admoti igne ſpirituſſancti duricia corum ſoluatur.

¶ Sicut fluit. Aug. De penitentibus dici poteſt. vel in iudicio a facie dei tollentur mali qui erit ignis ad penā impiorū. et lumen iuſtorum.

¶ Epulentur. Caſ. Augul. In delicijs que ſunt in conſpectu dei. Et delectentur. H̄ pōt eos delectare q̄ leti ſūt. q₂ nō eſt finiēda eorꝫ leticia

¶ Cantate deo. Aug. Cōuertit ſe ad eos qb₃ tātā ſpe₃ dedit ⁊ hortat̄.

¶ Qui aſcendit. Aug. Non eu₃ excipiet noua vita niſi vetus occiderit. Vel reſurgendo caſum corporis vicit.

¶ Super occaſum. Caſ. Occaſus mortis cedit illi ſuꝑ quem ſol iuſticie oritur. Et ne dubites quis iſte ſit. quia dominus nomē illi eſſentiale quem iudei vt cōmunem hominē occiderunt.

¶ In conſpectu. Caſ. Cōſideratio ꝓmij futuri erūnas mitigat.

¶ Orphani. Aug. Quibus mortuus eſt pater mūdus et dyabolus. ⁊ mater cōcupiſcentia. Vidue quibus error maritus moritur. In quibus habitat de⁹ quos collegit: quos trahit. q̄a de viduis et orphanis facit ſibi templu₃ in quo eſt.

¶ Deus qui inhabitare. Hiero. In hebreo habet̄. dominus antē inhabitare facit mōachos in domo. in quibus nō cohabitat peccatū.

¶ Unius moris. Augul. Vnanimes vnū ſentientes. iſte ē ſanctus locus dei. nō omes qui in domo. in qua et vaſa cōtumelie. hunc autem locum gratia edificat ñ meritis. vnde ſubdit. quia educit vinctos.

¶ Educit. Caſ. De inferno ligato dyabolo.

¶ Qui exaſperant. Caſ. Blaſphemos in deū. Vel perſequendo in ſepulcris in carnalibus fetidis ſepulti. vt nec velint nec poſſint āmbulare.

¶ Exaſperant. Aug. Reſiſtendo iuſticie. cum omino ſint mortui in opib⁹ mortuis. vincti vero volunt āmbulare. nec poſſunt. hi ſoluūtur per gratiam illi reſuſcitātur.

¶ Deus cum egredieris. Caſ. Dyapſalma. đ verbo euāgelij ꝑ egreſſum xpi.

¶ Caſ. Deus cū e. Vere educis quia ꝓ̄figuratū eſt egreſſus eius corā iſrael. dū in colūna nubis ⁊ ignis apparuit in deſerto ⁊ māna ſatiauit. Allego. Aug. Egreſſus dū apparuit hominib₃ ꝑ humanitatē. Vel dū educit vinctos. i. ſuſcitat. Tranſijt in deſertū cū ad gentes venit. Et tūc terra mota eſt. quia tūc terreni vidēdo tanta mirabilia moti ſunt. Celi diſtillauerūt. māna dū in modū ſtillicidij māna deſcendit a facie dei cuius ꝓ̄ſentia ꝑ columnā noſcebat̄. Aug. Mons ſina a facie dei fumauit. ſecundū aliā litterā. quando moyſes ibi legē accepit. Pluuiam. hoc eſt q̄ celi diſtillauerūt manna. voluntariā. que ſatiſfaceret voluntati illius gentis auide comedendi. Segregabit hereditati t. q₂ non alijs gentibus dedit quod tunc iudeis. Infirmata eſt here. ad tempus dū chriſto nō credidit. Caſ. ꝑfecit deus hereditatē ſuam. dū gentes in ſupplementū admiſit. Subdit vnde perfecit. Animalia. id ē. gentes tue dū credunt habitant in hereditate. i. in eccleſia. Que ſunt animalia exponit. Paraſti. ꝓ̄deſtinatos dicit quia ab origine mūdi ꝓ̄parati ſūt.

¶ Aug. Vel mons ſina a facie dei iſrael. ſubaudi. diſtillauit. id ē. ſunt

çeli et montes ſcꝫ apoſtoli. Nec tamē dicit montes ſed mons idem ſignificans ſingulari numero quod plurali. Et dicūtur mons ſina quia legem diſtillauerunt. vnde terrę motus quia turbātur hoīes legem implere non valētes. et hęc pluuia eſt lex quā ſoli iſraeli dedit. Et infirmata eſt lex vel hereditas. lex quia mīatur nec adiuuat. et ita infirmos facit. Popul⁹ qꝛ abundauit delictū data lege. ſed deus ꝑfecit legē per ſpiritū datum. vel populū in quo ſupabundauit gratia.

¶ Caſ. Hęc myſtice. ſed ſecundū figuraꝫ cū tranſiuit in deſerto coram iſrael in colūna nubis ⁊ ignis. Terra mo. eſt. i. homines viſis illiſ miraculiſ. Celi manna ſtillauerūt. et māna fluit pluuia volunta. quę ſoli iſrael data eſt. vt voluntati illius ſatiſfaceret. Iſrael auteꝫ infirmatus eſt faſtidio illius cibi. deſiderans carnes egipti. ſꝫ ille paſſus eſt a deo nō ꝑfectus. mittit ergo ad myſterium.

¶ Aug. Quidaꝫ libri nō habent mons ſꝫ a fa. dei ſina iſrl. id eſt. qui legē dedit populo iſrael. quia qui legeꝫ dedit ꝑ moyſen qua terreret: dedit et benedictōem ꝑ apoſtolos qua liberet.

¶ In dulcedine. Caſ. Dulcedo ē qua bonuꝫ fit non timore pęnę. ſed delectatione iuſticię.

¶ Dominus dabit. Virtutes multaſ euangaliſantibus verbum.

¶ Rex virtutum. Hiero. Apoſtolorū

† ſ hiero. Quia virtus in infirmitate ꝑficit.
firmata eſt tu vero †perfeciſti eam
† ſ gentes māſuete et cōuerſe. ·|· ſ tibi ſubdita nō ſibi libera. ·|· ſ hereditate ſ hierlm.
†Aimalia ·|·tua habitabūt ·|·in ea
† ſ Quomodo. ·|· ſ Nō in illius facultate. ·|· ſ Nō ſeculi que amara. † ſ Qui in ſe infirmus.
†paraſti in ·|·dulcedine ·|·tua †pau
† ſ Per quos. ſ Pater. ·|· ſ Cibaria aimalibus ſuis.
peri deus. †Domin⁹ dabit ·|·ver
† ſ aug. Ecce quid opant aīalia. euangelizant. ·|· ſ Conſtantia fidei vel miraculorum.
bum †euangelizantibus: ·|·virtu
† ſ Quis dominus. ſ Quia. ab eo regit. eiqꝫ militat virtus a quo datur. ·|· ſ vnici filii.
te multa. †Rex virtutuꝫ ·|·dilecti
† ſ dabit. ·|· ſ Alios apoſtolos. alios ꝓphetas faciendo.
dilecti: †et ſpeciei domus ·|·diuide
† ſ Ereptos dyabolo. ·|· ſ Iam cōuertit verba ad eos de quibus fit ſpecies domus
re †ſpolia. ·|· Si dormiatis inter
† ſ Per quos exaltatur eccleſia. et ſemꝑ volat ·|· ſ Erunt. ·|· ſ de qua dicit vna eſt columba mea.
medios †cleros: ·|·pennę ·|· colūbę
† ſ diuinis eloquiis erudite. ·|· ſ In reſurrectione vel in fine.
†deargentate. et ·|·poſteriora dorſi
† ſ vl virore ·|· ſ Si dormiatis ſ. eritis pēne quod nō eſt niſi ꝑ diſcernentē. quia. ·|· ſ aug. diuidens ſingulis prout vult.
eius in †pallore auri. ·|·Dum ·|·di
† ſ Qui aſcendens ſuꝑ omnes celos. ·|· ſ Rectores vel doctores ·|· ſ colūbā vel hereditatem.
ſcernit †celeſtis ·|·reges ſuper †eaꝫ

vl dilecti. Caſ. pater eſt rex angelorū quib⁹ imꝑat. et ipſe dilectus.

¶ Aug. Rex virtu. Filij. i. pater. Vel more veteris ſcripturę xp̄us rex virtutū xp̄i. i. ſuarum. vt fecit moyſes ſicut precepit dominus moyſi.

¶ Dilecti dilecti. Caſ. Repetitio dilecti ad cōmendatōnem. ſed non eſt hęc repetitō in oīnibus libriſ. ſed ſiue ſit ſiue nō. hic eſt ſenſus dilecti. ñ ſolū ad alia ſed etiā ad diuidēda ſpolia. q̄ diuidendo ſpecioſā fecit ecclīaꝫ.

¶ Si dormiatis. Aug. Dormire inter m. c. eſt: in auctoritate duorū teſtamentorū requieſcere. et pacifice acquieſcere. pē. co. doc. quoꝝ ꝑdicatōe in celum fertur gloria eccleſię.

¶ Columbę. Aug. Caſ. Colūba eccleſia de qua in canticis vna eſt columba mea. hęc eſt deargentata diuinis eloquijs erudita. ꝑ argentū eniꝫ figurat diuinū eloquiū. vnde alibi eloquia domini argentū. pennę colūbę doctores eccleſię. ꝑ quos exaltatur eccleſia et ſemꝑ volat ad alta. quorum predicatione in celum fertur.

¶ Et poſteriora. Aug. Vbi radices alarū. vel vbi portat ſarcina charitas. Alę duo ꝑcepta charitatis in qb⁹ tota lex et ꝓphę. Sarcina leuis ipa charitas q̄ in his implet: qꝛ quicqd difficile ē in ꝑcepto leue ē amāti vn̄ onus m. leue ꝑ ſp̄ūm ex quo charitas. Ibi g̃ viror auri. i. vigor ſapiētię. Vigor ſapientię eſt charitas. Aug. Poſteriora hui⁹ columbę. i. vltima in ſpecie auri ſplendent. quia poſtq̄ꝫ de mūdo exijt ſuꝑ aurū lucet in charitate quę nunq̄ꝫ excidit. hic argento. ibi auro compatur.

¶ Inter medios cleros. Aug. Latinę linguę eſſet inter cleros. ſed quod dicimus inter nos. grecus habet inter mediū noſtrū. hic ergo inter medios c. id ē. inter mediū clerorū. quod dici ſolet in eis rebus quę inter ſe debent habere cōſenſū. Cleros teſtamēta dicit ꝑ quę datur hereditas quę grece dicit cleronomia. latinę cleros ſors. et ſortes ex ꝓmiſſione dei ꝑtes hereditatis vocant. vel cleros ipas hereditates. hic dicimus terrenaꝫ

veteris te. ęternā noui. Inter quas dormit. qui illā iam nō ardēter petit. ⁊ iſtā patiēter expectat. qui eñ adhuc terrenę inhiat: nunq̄ꝫ quieſcit. ſed cupiditatib⁹ ꝑ multa agitat. vel ſi dormiatis. i. ſi moramini vt vſqꝫ in finē in hoc ꝑſeueretis inter m. c. hoc eſt in contemptu terrenorū. ſpe celeſtium.

¶ Aug. Vtrū dn̄s dabit v. e. v. m. ſi dormiatis inter m. c. pennę c. d. niue dealba. in ſelmon. ſꝫ eſt. ſi vos q̄ diuidimī ſpo. ſpeciei dom⁹ ꝑ diuerſa dona. dormiatis inter medios cleros. tunc vos qui eſtis pēnę dealbabi. in ſelmon. vel ita ſi vos o pennę dor. inter m. c. tūc niue dealbabūtur. ſ. homīes q̄ ꝑ gratiā remiſſionem peccatoruꝫ accipiunt vel ſi dormiatis vos qui diuidimī ſpeciei domus. eritis pennę c. d. hoc eſt in alta eleuabimini. vel vobis erūt pennę. ābiguū ē.

† ſ Incōꝑabiliter. ·|· ſ Per remiſſionē peccatorū. ſ Ipſi rectores vel alii homines. ·|· ſ In vmbra gratie. ſ Corpore chriſti. ſ Iſte ſelmon eſt mons in vertice montiū.
†niue ·|· dealbabūtur in ·|· ſelmon:
† ſ Qui eſt. ·|· ſ Ne quis audeat eū ceteris compare. quia dicebant eū alii iohannē. alii heliam. quos increpat. vt quid ſuſpi.
†mons dei mōs pinguiſ. ·|·Mōs
† ſ Lacte nutriens tenerioris doctrine. ſ vel incaſeatus. ·|· ſ Pane cibans.
†coagulatus mons ·|·pinguis: vt
† ſ Scꝫ eſſe montem in quo. ⁊c.
quid ſuſpicamini montes †coagu
† ſ Chriſt⁹. ſ vel mons iſte eſt ſolus qui patri placuit vt in eo habitaret. ſ vel tem.
latos: †Mons in quo benepla
† ſ Aug. Per ſe. in aliis ꝑ ipſum habitat.
citum eſt deo †habitare in eo: ete
† ſ Alios montes. ſ aug. vt aliquid ſint qui ſine eo nil. vnde fiunt currus portando deum. quos manēdo in eis et regendo ducit in finem. vt currū ad deſtinatū locū. ·|· ſ vſqꝫ.
num domin⁹ †habitabit ·|·in fineꝫ.
† ſ Eſt.
Currus dei decē milibus †mul
† ſ Sunt. ·|· ſ In eo curru. ·|· ſ Cū letantur. ſ Quia iam. ſ Qui erit et finis.
tiplex: †milia ·|·lętantium ·|·domin⁹
† ſ Eſt. ſ In impleto mādato. ·|· ſ vel ſinai ſancto. ſ Chriſto. ·|· ſ Cōuertit verba ad ipſum deū. ſ Sed hoc quō. ſ O chriſte.
in eis in †ſina ·|·in ſancto. ·|·Aſcen
† ſ Ad dexterā patris. ſ hiero. Loco et dignitate. ·|· ſ Hoc de chriſto apoſtolus exponit. ſ Anteq̄ꝫ aſcenderes. ·|· ſ Homīes qui erant ſub lege captiui vel ſub dyabolo ꝑ peccatum.
diſti in †altū ·|·cępiſti ·|·captiuitatē

¶ Caſſi. Pꝫ pſalma. dū diſcernit. de donatōibus xp̄i aſcēdentis qui ſolus pōt et non alius.

¶ Aug. Pū gratia ſp̄ūs ſancti reges diſcernūtur ſuꝑ eccleſiā niue deal. in ſelmon. id ē. vmbra. i. ſp̄ūſſcī grā. qꝛ nō meritis diſcernūtur ſꝫ ſp̄ū obūbrāte ab ęſtu carnis. vmbra fit lumine et corpore. lumē eſt verbū cui corp⁹ acceſſit. verbū c. f. ē et in eū credētes ꝓteguntur.

¶ Mōs dei m. pin. Aug. Caſ. Cōmēdatōeꝫ mōtis ſubdit. mons dei mons vb. vñ aquę irriguę et ſuaues fluūt coagulatus ꝓpter paruulos. ſꝫ piguis fertilitate ſua ꝓpter maturoſ. vt q̄d ergo putatis alios montes eſſe hūc montē. Iſte ſolus ē in quo bn̄placitū eſt deo. hic eñ eſt mons qui in ezechiele vulnerat principem tyri.

¶ Beneplacitum. Aug. Etenī dn̄s habitabit eū in finem. i. vſqꝫ ad terminū maieſtatis ſuę qui eſt finis ſine fine. et plenitudo omniū.

¶ Etenim dominus. Aug. Nullus vt iſte. qꝛ iſte mons ſcꝫ domin⁹ habitabit illos montes vſqꝫ quo ducat in finē. i. in ſe deū ꝯtemplandū.

¶ Idem. Alij aūt montes ſunt currus ꝑ quos vehit deus ī vniuerſū mundū. Currus qꝛ vnanimes copulati charitate. quos ad miſteriū volūtatis ſuę moderat deus decē milib⁹ innumeris ꝓplis multitudo ſanctoꝝ.

¶ In finem. Auguſ. Quia ꝑſonaliter vnitus eſt ei in quo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

¶ Milia letantiū. Aug⁹. Caſ. Magnā multitudinē ſignificat ſanctorū qui ſunt milia lętantiū. qꝛ ſpe gaudent. dn̄s eñ in illis ſina. i. in mādato quod ſanctū eſt. quid eñ ꝓdeſt mandatū niſi dn̄s ibi ſit: qui dat velle et opari. Aliter eñ littera occidens. ſed dominus ꝑ ſpiritū dat charitatem qua impletur et ideo lętantur.

¶ Sina. Caſ. Eſt mons in quo data eſt lex. dicit mandatuꝫ in quo requieſcat dn̄s. qꝛ in ſanctis mādatis eius ꝑſentia ſolet contueri.

¶ In ſina. Hiero. Vel in ſinai ſancto. i. qui in ſina mōte olim dedit legem. ipē idem eſt in ſancto. i. in xp̄o qui ē ſanctuſſanctorū.

¶ Aſcendiſti. Auguſ. Qui ꝓpter nos erudiendos deſcendit. In altum. ſuper omnes celos. Cepiſti. prius apud inferos captos. hec ſunt ſpolia. Similitudo triumphi. accepiſti dona in hoībus a patre. i. homines. Vel dedi. ſcd̄m q̄ de⁹ dona hoībus q̄d etiā fit in triumphis.

¶ Cepiſti. Auguſ. Vnde captiui dicūtur. quia capti retibus petri et ſub leue iugum miſſi. vnde in hoc curru ſunt milia letantium non plorantium.

Accepiſti. Aug. Paulus apoſtolica autoritate ſecundũ ꝙ filius cũ patre deus eſt dicit: dedit dona ho· mittens ſpiritũ qui eſt patris et filij· ſꝫ ſm ꝙ idez eſt caput in eccleſia. accepit dona in mẽbris. dũ ipſa membra accipiunt· vnde quod vni ex his m·m·f.m.f·

Quotidie. Aug. Quia quotidie captiuat captiuos vſqꝫ in finẽ ſe/culi. Et quia currũ illũ ducit in finem· addit proſperum iter.

Iter. Aug. Curſum vite· qui vere ꝓſper· cũ dux ſit ſalutaris.

Deus noſter deus· Caſ. Dyapſalma. Exponit operatõnes que ex ſupra dictiſ euenıũt· conq̃ſſatio inimicorũ· conuerſiones peccantiuz martiria ab vtroqꝫ ſexu.

Saluos faciendi. Aug. Cõmendat gratiaz quia nullus ſaluus niſi ꝑ eum ſed ne dicas· cur ergo morituri. patiẽter fer· et mortez nõ indigneris· quia et domĩ qui ſine peccato fuit exitus non alius ꝗ̃ mortis· tamen voluntate: ne homo timeret mortem.

Exitus mortis. Caſ. Id eſt. reſurrectio· Ne q̃raris de morte: quia chriſtus inde exiuit. et inde exire dedit. Ne malã ꝑtinacium credas impunita ſubdit. veruntamẽ· capita. ſupbiam· vel auctoreſ iudaice ſectionis. vel ſeditionis vel hereſis.

Verticem capilli. Caſ. Verſutias inaniũ queſtionũ· qui tales inimicicias calũniarũ querunt· vt capillos videantur ꝑſcrutari.

Ex baſan. Aug. Id eſt· confuſione. quia confundetur de peccatis qui pro eis orat. Vel baſan dicitur ſiccitas· et de ſiccitate· id eſt· inopia iuſticie conuertit dominus. non eos qui plenos iuſticie ſe putant cum ſint inanes.

† ſ vel dediſti. ſ In hominibus ſuſcipiendis ·i. homines ſuſcipiendo. ⁝ ſ Eroganda que dona res ſuſceptis·

†accepiſti ⁝dona in hominibus.

† ſ Quia. ⁝ ſ Erant ſ vel accepiſti hoĩes· ſ Iſti ſunt quos feliciter captiuauit. vnde propheta plenus leticia eructat hymnũ bñdictus.

†Etenim ⁝non credentes: in/

† ſ Chriſtũ hoĩem. ⁝ ſ Scilicet verbum.

habitare †dominum ⁝deum.

† ſ Laus de triumpho. ſ aſcendit et quo preceſſit nos ſequi faciet· ⁝ ſ aug⁹· vel de die in diem· quod valet idem· i· iugiter·

†Benedictus domin⁹ ⁝die quo

† ſ Ad ſe eundo· ⁝ ſ Qui talia fecit.

tidie: proſperum †iter ⁝ faciet no/

† ſ Qui et nõ credentes vocat de pluribus periculis. ⁝ ſ Saluationũ·

bis †deus ⁝ſalutarium noſtrorũ.

† ſ Nõ cuiuſcũqꝫ. ſ Inquam. ⁝ ſ Quos tamẽ nõ mirũ eſt mori· cum exitus domini.

Deus †noſter deus ⁝ſaluoſ faciẽ

† ſ tamẽ· ⁝ ſ Eſt. ⁝ ſ Qua nos liberat·

di: †et dñi dñi ⁝exitus ⁝mortis

† ſ Et ſi mortuus vel licet ſaluator. ⁝ ſ aug⁹: vel vt humilientur hic. vel vt in tartara trudant̃

†Veruntamẽ deus ⁝confringet

† ſ vt arrũ· ⁝ ſ Aug. Nimis extollentium ſe in delictis. in quib⁹ ſaltem deberet humiliari dicentes deus ꝓpicius eſto mi· pec. Sed ⁊ ibi ſuꝑbiunt et in multa ruunt ſecundum illud· Inſipiens cogitatio que perducit ad culpas· ſ extollentiam.

capita †inimicorũ ſuorũ: ⁝ verticẽ

† ſ perſeuerantium·

capilli †perambulantiũ in delictiſ

† ſ Confringet quia dominus dixit ⁊c· ⁝ ſ Ex gentibus etiã conuertet multos·

ſuis. †Dixit dominus ⁝ex baſan

† ſ Aug· Ad eos qui iacent in ꝓfundo maris· ſ vel tar. ſ vel do.

conuertam. †conuertam profun/

† ſ Seculi. ⁝ ſ vel cõuertam eos vel conuertar ad eos. vt intinguat̃ quod nõ de⁹ ſed ꝓpheta dicit conuerſus ad ipſum·

dum †mariſ. ⁝Vt intinguat̃ pes

† ſ vel illorum· ⁝ ſ fiet vel erit·

†tuus in ſanguine: lingua ⁝canuz

† ſ Per cõuerſionẽ ex inimicis fient canes pro domino latrantes· ⁝ ſ A te ipſo. ⁝ ſ Intinguatur ⁊c. quia ſic te vident preceſſiſſe ſ A parte tua.

tuorũ †ex inimicis ⁝ab ipſo. ⁝Vi

Vel ꝯuertar. quia conuertitur deus his qui confundũtur de peccato. et qui ſicci vmbre gratie deſiderant· et ſecundum hoc conuertar in profun/dum maris·i·ad eos qui erant deſꝑatiſſimi.

Pes tuus. Aug. Id eſt· vt qui prius erant inimici fiant pes tuus ꝑ̃dicando vſqꝫ ad ſanguinem ſcilicet vſqꝫ ad mortem. et canes pro deo la/trãtes qui edunt de micis. ⁊c·

Aug. Pes tuus. Illi ſoli ad officium regiminis aſſumendi ſunt qui quod percipiũt alijs predicant· et qui manibus bonorũ operum exequũ/tur. quod ore predicant vel docent. vnde in leuitico os turturis retorquetur ad aſcellas.

Canum. Augu. In magno ſacramẽto eos ducere iuſſus eſt gedeõ. qui vt canes aquam lãberent. trecentos tantum et nõ plures in ſigno crucis propter thau que· ccc· ſignificat.

Ab ipſo. Aug⁹. Quaſi ſi queras vnde tantum bonũ vt canes eius ſint cuius erant inimici· ait ab ipſo· i· eius gratia non a ſe ipſis.

¶ Audient. Aug. Aure obediētię. nō ſicut adā. Audiuit eñi adā de ligno ſciētię boni et mali ne comederet. ꝫ nō obediuit· p̄deſtinati aūt ad vitā audiēt aure ⁊ recurrētes ad adā eiuſq̧ exceſſū recolētes dicēt· adā fuit p̄ditō nr̄a· qui nō ſtetit· ſtem⁹ nos vt repatriem⁹. Adā ſicut craſſa terra q̄ p̄ abundantia ſpinas germīat. ita p̄ diuitijs liberi arbitrij quaſi luxuriās lignū vetitū vſurpauit· ſed ſicut agricola eā p̄ſcindit· ne vltra luxuriet: ita de⁹ diſſipauit interiora noſtra. vbi oſſeos· i· firmos nos eſſe oportuit· i· īfirmos et inconſtantes fecit. ſecus infernū p̄iectos· i· maledictioni proximos.

¶ Craſſitudo terrę. Aug. Eſt quedā cōtemptibilia. vn̄ tamē terra accipit pinguedinē. ſic eo qđ cōtempſit mūdus accepit pinguedinē: vt īde ſeges eccleſię veracius pullularet. mors ſcōr̄ ꝯtemptibilis ſeculo. p̄cioſa agricolę qui ibi nouit vberē ſuccū. vnde creuit eccleſia. Contēptibilia eñi mūdi elegit deus. et ea quę nō ſunt vt ea quę ſunt euacuētur.

¶ Craſſitudo terrę. Quādo eructuat aerē corrūpit. et tunc lues in homib⁹ late diffunditᵉ. ſic ſuperbia eorū tabe malicię ſuę corpora martirū ſauciat. q̄ ſunt oſſa et firmamentū fidelium vel fidei.

¶ Secus infernū· dic· nō in iferno. q̧ etſi cōi ſorte moriuntᵉ. nō tñ deſcendūt in infernū vt mali. ſed vita ęterna datur illis.

¶ Quia ad te domine. Caſſiod. Dicta fragilitate homīs. ad diuina remedia cōfugit. Ne auferas. a bonis tuiſ. ſed ſpes mea ſemp̄ ſit in te· et

oculi mei ſemper te intēdant. nō eñ petit iſte cōtra hoc quod ſancti volunt ſcꝫ de ſeclo eripi. et eē cū xpo. Per laqueos et ſcādala toti⁹ mūdi mala breuiter notat. laquei ſūt blandi nex⁹ carnis deſideria. ſꝫ dū p hos dyabol⁹ nō pficit. nitit̄ ſcandalis que p inquietoſ monet. Cadent in retiaculū. apta verba cōpationi. cū iſtis nō vult cōbinari. Singulariter. i. qꝛ cū peſſimis nō ābulat. Tranſeā. vt viator hui⁹ mūdi. q̄ nulla voluptate capit̄.

Cuſtodi me. Vel aliter. Et dicit. Statuētes laqueū pſecutores manifeſtoſ. Opantes aūt iniquitatē cōſentiētes illiſ dicit. qui timore pſecutōis deficiūt. Et ē Ne auferas animā m. Sꝫ poti⁹ cuſtodi me a laqueo pſecutionis quē ſta. m. Aug. hoc faciūt pſecutores. qui eſcā vitę hui⁹ quaſi in muſcipula ponūt. Si amat auis hanc eſcaꝫ in muſcipulā cadit. qꝛ timore mortis pſecutōni ſuccūbit. Et cuſtodi me a ſcādaliſ opantiū iniq̄. i. a ſcandalo eoꝝ qui cōſentiēdo illis labūtur. et ita iniquitatē opant̄. Q. d. cuſtodi me a pſecutoribꝫ q̄ terrēt. et lapſis qui territi ſunt.

Cadent. De vicio in viciū. ſed ego ſingulariter ſum.

Singulariter. Aug. Idē qđ dicit. niſi granū frumēti m. f. i. ſ. m. ſi aūt mortuū f. m. f. a. Itē cū exaltat⁹ f. oīa trahā ad me. nemo āt occidit̄ pp̄t xpꝫ. i. pp̄ter confeſſionem nois xpi. ne p nomine xpi moriendo ātecederēt chriſtū. nec iohannes p xpi teſtimonio ſed p herodis adulterio. p iuſticia martir. nō p nomine xpi. ſic et alij antiqui.

Intellectus dauid. Caſ. Pſalmus iſte quint⁹ eſt eoꝝ qui noīe oratōnis intitulātur. vbi nō alia dicuntur q̄ꝫ quę in alijs dicta ſūt pſalmis ſed eadē.

† ſ auferri ſinas. ſ Sciebat multos aduerſis cedere. † ſ Et ſi corpus pimitur.

mei: in te ſperaui † nō auferas † ani-

† ſ Potius. † ſ deceptōne vbi eſca ducit ad laqueum. ſ uel muſcipula.

mā meā. † Cuſtodi me a † laqueo

† ſ hoc pſecutoreſ. ſ Mali † ſ hoc ē qui cōſenſerūt illis et apoſtotauerūt. illos ne timeam. iſtos ne imiter.

† quē ſtatuerunt michi: et a † ſcan-

† ſ Manifeſtis perturbationibus inquietorum.

dalis † operantium iniquitatem.

† ſ nō modo alij. ſed ipſi primi herentes ori ei⁹ defecerūt. quare hoc. quia ſolus ſū tempe paſſiōis donec tranſeā de mūdo ad patrē. tūc confirmabo colūnas. quia in reſurrectōne didicerūt nō timere mortē. † ſ Nā quaſi quadā circūitione peccatorū claudūtur. † ſ Iniquitatis.

† Cadent in † retiaculū † eius pec-

catores: ſingulariter ſū ego donec

tranſeam.

† ſ Quem habuit. † ſ totius chriſti.

† Intellectus † dauid cū eſſet in

ſ In ſeculo vel in carne vel in ſepulcro.

ſpelunca oratio.

CXLI.

ſ Interiori. † ſ Nō ſtrepitu labiorum.

Voce mea ad

† ſ hic expoīt quaſi depreca. ſū. quia clamant ad deum etiam qui blaſphemant.

dūm clamaui: † voce mea ad domi

† ſ Ec quid adhuc. ſ vt purū fontē copioſe. † ſ vbi videt in abſcōdito cōſcientie qui reddet. ſi hoīes reddent. ante eos effunde.

nū depcatus ſū. † Effundo in † cō-

† ſ Oratione que fit in tribulatōne.

ſpectu eius orationē meā: et † tribu

† ſ Id eſt intus de cōſcientia vel īnocentia ſecuris in occulto ad eum dirigo.

lationē meā ante † ipſū pnuncio.

Aug. qꝛ aūt repetitōe huiōi cōi cōſulit̄ infirmitati nō ſupuacuę iterātur. vt repetita melius memorię cōmendēt. vnde ſcriptū eſt in pūerbijs. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. quia ſapiens quę audierit cogitat. retractando ruminat. vir aūt ſtultus glutit illū. id eſt. nō cogitat. obliuioni dat. et hęc ſunt illa mūda animalia in lege quę rumināt. iſta immunda.

Aug. Dauid fugiēs ſaulē in ſpelūca latuit. de quo tamē hic nō agit̄ ſꝫ de ſignificato. Dauid eī ſignificat xpꝫ. Spelūca vero carnē vel ſeculū vel ſepulcrū. Dauid ergo xpus cū mēbris in ſeculo. vel xpus in carne vel in ſepulcro.

CXLI.

Caſ. Primo ponit̄ oratio cōtra mala. Secūdo agit de fine maloꝝ ibi. Clamaui ad te domine.

Monet ergo nos orare. Et in pſona totius chriſti. quaſi de ſpelunca ad deum clamantis ait.

Deprecatus ſum. Aug. Quod dixit clamaui exponit depcatus ſū. Q. d. clamor meus deprecatio eſt. nō murmur nō blaſphemia.

In conſpectu eius. Aug. Quia dñs redditur⁹ eſt in occulto ora. vnde in euāgelio. Tu autē cū oraueris intra in cubiculū tuū et clau. hoſtiora. pa. t. qui videt in abſcon. ꝛc.

Et tu cognouiſti. Aug. Hoc addit ne audiētes defecit ſpūs me⁹ putarēt eū deiectū. Ac ſi diceret. Si illi putant me deiectū. quia ſpiritus me⁹ defecit. Tu me ſtantem vides. cuius ſpūs me viuificat.

Semitas. Iuſticię. quas illi nō vident.

In via. Multę vię. quia multa p̄cepta. vna via. quia oīa ad vnū. id eſt charitatē redigūtur.

ſ Et hoc facio dicit eccleſia. ſ vel duꝫ defecit a me. ſpiritus meus. quod fit ne de ſuis virib⁹ preſumat. ſi tuus deficit. loquitur dei. vnde. Nō eñ vos eſtis qui lo. ſed ſpi. pa. m. ꝛc.

In deficiēdo ex me ſpiritū meū:

† ſ Preceptorū dei. ſ Per quas illis cadētib⁹ ſecurus ambulo.

et tu cognouiſti † ſemitas meas.

† ſ Chriſto hoc zelant qꝛ chriſti ſum. ſ Charitate que in me omnia tolerat. † ſ Pro te patiēdo. † ſ Qui p chriſto me perſequūtur. ſ hoc quantū ad ſe. i. opinionē ſuam.

† In via hac qua † ābulabaꝫ: † abſconderunt ſupbi laqueū michi.

ſ Illis vndiqꝫ frementibus ad eterna reſpicio.

Cōſiderabā ad dextrā et videbā:

† ſ Q. perſecutores abſcōderūt michi laqueū ſed tamen nō fugi.

ꝛ nō erat qui ꝯgnoſceret me † Pe-

† ſ de illis perſequentibus. † ſ Nō dico ad perſequendū ſed ad imitandū.

rijt fuga a me: et † nō eſt qui † requi-

rat aīam meā. Clamaui ad te do-

† ſ Hic vbi omīa tolero.

mine. dixi tu es † ſpes mea: portio

† ſ Nō hic ſed. ſ vbi ſeipſum videndū dabit. † ſ Ideo.

mea in † terra viuentiū. † Intende

† ſ Et neceſſe eſt. ſ aug. humilio eñ me intus humilior a pſecutoribus. extra viſibiliter.

ad deprecationē meā: † quia humi

† ſ Et. ſ Nūc corpus nō ruat. ſed anima.

liatus ſū nimis. † Libera me a p-

† ſ Occidendo. ſ aug. Creuit numerus pſequētiū abundat iniquitas friget charitas.

ſequētib⁹ me: quia † confortati ſūt

† ſ Sepulcri. ſ aug. vel carcere. hec ſpelūca eſt quā titulus dicit. † ſ Id eſt. carnē anime reddendam.

ſuper me. Educ de † cuſtodia † ani-

† ſ vt cōfitear. ſ vt pariā ꝯfitētes. quia me eſt retributio.

mā meā. ad † confitendū nomi tuo:

† ſ hoc ex capite. quale ſupra. ſingulariter ſum donec tranſeam. † ſ Caſ. Reſurrectio paſſiōis

† me expectāt iuſti donec † retribuaſ

michi.

Aug. In via. ſcꝫ votū eoꝝ. iuxta ſcđm veritatē. Chriſtus eñ eſt via. qui nō ſinit eoſ laqueū ponere in via. vt nō ſit nobis quo eamuſ. ſinit tñ ponere iuxta viā. ne a via declinemus.

Ad dextram. Aug. Quā mali non videbāt. et hoc eſt. et nō erat qui cognoſceret. Caſ. cū eñ pateris omnia. quis nouit quid attendas?

Aug. Ad dextrā. Qui in dextrā attēdit videt. qui ī ſiniſtrā: excecat̄. vel apli nō ſtabant ad dextrā. qꝛ carnali timore diſpſi ſūt. ſed ego pſtiti. perijt fuga tam corpis q̄ꝫ mentis. Et nō eſt qui req̄. ꝛc. Caſ. quia nulla ei cōſolatio. ſed ſol⁹ ad paſſionē relictus eſt.

Perijt fuga a. Aug. Circūcluſū ſe dicit. perijt fuga. qꝛ non fugit aīo. corpore licet aliquādo. Circūclus⁹ nō fugit corpore. qꝛ ñ pōt. Fortis non fugit mēte. qꝛ non vult.

Aug. Perijt fuga concluſo vel forti. fuga quidē vñ dicitur ī euāgelio. videt lupuꝫ venientē et fugit. vbi dñs mercenariū vituperat. Sed alia eſt fuga corporis. quā dominꝰ permittit dicenſ. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliaꝫ.

Et nō eſt q. req. a. Querit̄ anima aut a perſecutoribꝫ aut a dilectoribus. Sic fuga perit duobꝫ modis. et a capto. et a forti.

Clamaui. Caſ. Secūda pars vbi agit de fine malorū.

Spes. Caſ. Quia te ex oībꝫ eligo. Portio. hūiliter dicit et cōiter portionē ſibi eſſe in terra viuentiū. cū tota ſit ſua. Hoc patet ex hoc qđ latroni dixit. hodie mecū eris in paradiſo. qui eſt terra viuentiū eternaliter.

A perſequētibus. Dyabolus eñ per vaſa ſua. i. per filios diffidētię agit perſecutōnem corporis. vt intus fiat cordis ruina.

Educ. Aug. Ex perſona eccię loquēs. exponit vnde liberād⁹.

De cuſtodia. Aug. Quia in corruptōe q̄ eſt pęna corporis āguſtiat̄. poſt quas anguſtias in domo dei tota vita erit confeſſio. i. laus dei. modo impedit carcer confiteri.

Aug. De cuſ. Hic carcer vel ſpelūca mūd⁹ pōt dici. vbi oīa vana. vnđ rogat educi aīam. q̄ inde multa patit̄. Vel carcer dr̄ corp⁹. ſꝫ nō ē magnū de corpore exire qđ et mali habēt. et oēs cito vel ſero. nec ē charitas ſi iuſt⁹ ad h̄ nimis feſtinat. Vel poti⁹ corp⁹ ē carcer. nō vtiqꝫ ſcꝫ id qđ de⁹ bonū fecit. ſed corruptio eius ex peccato. de qua vult educi. vt fiat incorruptibilis. Merita carcerē faciūt. Vnū habitaculū īcluſo carcer ē cuſtodi dom⁹.

Libertas domū facit: ſeruitus carcerē. ita nō caro quā deus fecit. ſed corru-ptio eius et temptatio carcer eſt.

Pſalmus dauid. Pſalmus iſte ſeptimus penitentionaliū. Qui iō ſunt ſeptē: vt eodē numero quo peccauim⁹ peccata diluam⁹. Caſ. Sicut eī in hebdomada mūdi hui⁹ peccauim⁹. ita hoc numero pſalmorū remediū pe-nitentię peccatis oppo-nitᵉ. In quib⁹ pſal-mis talis eſt forma: q̄ a lacrimis incipitᵉ et in gaudio finis eſt. ne q̄s de venia deſperet.

Aug. Sicut abſolō dauid. ſic iudas xp̄m falſi fratres corp⁹ ei⁹. vel illiciti mot⁹ et operatio. CXLII.

Caſ. Primo capitat exordiū. Secūdo narrat mala ſua ⁊ q̄d cōtra egerit ibi. Quia pſecut⁹ eſt. Tercō ponitur depcatio cauſis cōfirmata ibi. Velociter exaudi. Quarto ponitᵉ lęta cōcluſio ibi Spiritus tuus.

Monet ad penitē-tiā et oratōem ad orā-dū. In pſōa toti⁹ xp̄i dicit o dn̄e ⁊c.

In veritate tua Caſ. Nō eſt hoc contra humilitatē qua petebat audiri. ſed veritas ⁊ iuſticia dei eſt. ne cū rogāte diſceptet. ne eū qui ſe dānat iudicz vnde ſubdit. et nō intres. nō petiuit iuſticiā iudicij.

Aug Caſ. In veritate t. in tua iuſticia. Vel iuſticiā et veritatē dicit, qua parcit pe-nitētibus. et ſe dānantes abſoluit. et accipit p eodē veritatē et iuſticiā. Et eſt. In veri. t. et t. iuſ. id eſt. ſcd'z iuſticiaz et veritatē qua penitētibus et ſe accu-ſantibus indulges.

Intres. Auguſ. Intrāt in iudiciū cum domīo qui ſuā iuſticiā cōſtituūt. qd' n̄ iſte humilis. vnde ꝓpheta. Quid vultis mecū in iudicio cōtendere. oēs dereliquiſtis me dicit dominus.

Cū ſeruo. Aug. Indignū eſt cū ſeruo, ne dicā cū amico. et ſi tu dicis amicū: ego ſeruū. fugitiu⁹ redeo. pacē quęro nō ſum dignus vocari filius tuus.

In cōſpectu. Id ē. in tui compatōe. Om̄is viuēs. nō dicit om̄is homo. quia nō apoſtolus. nō ꝓpheta. nō angel⁹. nō throni. nō cęterę virtutes Solus em̄ de⁹ ē. in quo pcc̄m nō cadit. in cui⁹ cōſpectu aſtra nō ſūt mūda.

Omnis viuēs. Caſ. Homo generaliter etiaz infans qui originali tenetur. nemo p ſe niſi per gratiā dei poteſt liberari.

Aug. Om̄is viuēs. Vn̄ ſalomō. Ante mortē ne laudes hoīem. nec paulus ſe pfectū dicit. Cū ait. Nichil michi ɔſci⁹ ſū ſed nō in hoc iuſ. ⁊c.

Quia perſecutus. Secunda pars vbi eſt narratio malorū que pa-titur et quid contra egerit.

ſ Agit de hoc quod ſignificatum eſt.

Pſalm⁹ dauid cū pſequebatᵉ eū filius ſuus abſolon.

CXLII

Domie exaudi

† ſ Repetit. ſ Auditu clemētię.

orationem meam † auri-

ſ vel deprecatōem.

bus percipe obſecrationē meam:

† ſ vt verax et iuſtus videaris qui ꝓmiſiſti.
† ſ Iterū repetit. quia repetitō confirmatio eſt.
† ſ aug. Propter tuam iuſticiā que in me eſt. a te enim eſt homini iuſticia. ſ Non que ex lege eſt quā quidā ſuā volentes cōſtituere, iuſticie dei nō ſunt ſubiecti.

in † veritate tua † exaudi me in † tua

† ſ Nō diſtricte mecū agas in futuro.

iuſticia. Et ne † intres in iudicium

ſ Cur hec times.

cum ſeruo tuo: quia nō iuſtificabi-

† ſ Et ſi apud ſe. ſ Int⁹ vbi vides. ſ quia et ſi qui hominibus ſancti videtur. nō tamē deo qui videt intus.

tur in † conſpectu tuo om̄is viuēs.

† ſ Exaudi libera et neceſſe eſt dicit eccleſia.
† ſ Aperte vel occulte. † ſ dyabol⁹ et quicūq̄.

† Quia † perſecutus eſt † inimicus

† ſ Hoc noſ. hoc caput p nob. ſ. † ſ Quantū in ſe eſt. ſ aug⁹. Hoc agit quicūq̄ pſequitᵉ vt relicta ſpe celeſti. terrā ſapiam⁹. quantū in ſe eſt. hoc agit ſed nō michi hoc ɔtingat. † ſ In terrenis.

† animā meam: † humiliauit in † ter

† ſ Ex pſona corporis. ſ Quantū in ſe eſt.

ra vitam meā. † Collocauit me in

† ſ tenebris viciorū. † ſ Ceteros deſperatos.

† obſcuris ſicut † mortuos ſeculi. et

† ſ Caſ. vicinitate periculi. † ſ Extenſus miſeria viſa. apud deum querēs refugiū vel quaſi extra me factus.

† anxiatus eſt † ſuper me ſpūs me⁹:

ſ Caſ. Sapiētia cōfuſa. vel ad penitentiā.

in me turbatū eſt cor meum. Me-

† ſ Quib⁹ punitus eſt adam. † ſ Nō deſiſtens.

mor fui † dierum antiquorū. † medi-

† ſ Quia omia bona in quo pcipit quidquid in ſe boni eſt. ab eo eſt.

tatus ſum in † omnibus operibus

tuis: in factis manuum tuarū me-

† ſ formā crucis. ſignificās que eſt ſalus ſ dilataui affectus. vel opa prius cōtracta. ſ Et cum viderē omne bonū a te eſſe dicit eccleſia.

ditabar. † Expandi manus meas

† ſ Que eſt per ſe.

ad te: † anima mea ſicut terra ſine

† ſ heret. ſ Nō michi qui rigare nō poſſum. ſ tu cōplue eā. vt fructū faciat. † ſ Ideo. ſ Quia ſic ſitio. cito audi. quia differebat ad īflamandū deſideriū. ac ſi differretur pluuia ad inflamandā ſitim.

aqua † tibi. † Velociter exaudi me

domine: defecit ſpiritus meus.

† ſ aug. Auertiſti olim a ſuperbo. vt pbarem qd erat eſſe a te. † ſ Jam humili.

† Non auertas faciē tuam † a me:

† ſ Quia et ſi auertis. † ſ in ꝓfundū peccati in quo contemnūt. et perit confeſſio.

et † ſimilis ero deſcendētibus in † la-

† ſ Poſt finē ſeculi cū videbim⁹ qd mō credim⁹.

cu. Auditam fac michi † mane mi-

† ſ in nocte ſumus. ſed in te ſpaui donec nocturna tranſeat iniquitas. Nox querit patientiā in ex peccando. leticiā dabit dies.

ſericordiā tuā: † quia in te ſperaui.

ſ Non eſt ſatis interim ſpare. ſed aliquid opus ē agere. quod per me nō poſſum.

Notam fac michi viaz in qua am-

† ſ Nō cōtra te. † ſ Nō ad mundū inclinaui.

bulem: quia † ad te † leuaui animaz

† ſ A dyabolo et ſuis quos implet ſ aug. multi inde ſunt quos implet ſathanas. in quib⁹ ipſe expugnatur ſathanaſ. illū vero viſum expugno illos viſos patior.

meā. Eripe me de † inimicis meis

† ſ aug⁹. Quia a te fugit adā. et abſcondit ſe. vnde tanq̄ ſeru⁹ fugiens dominū ſuū et cōſecutus eſt vmbrā. † ſ Si me nō doces. faciā voluntatē meā. et deſeret me deus meus.

domine. † ad te confugi: † doce me

facere voluntatem tuam. quia de⁹

† ſ Quia. ſ Ego pro ſic non deſpero.
† ſ Nō meus malus. qui duxit me in terrā puerſā

meus es tu. † Spiritus † tuus bo-

nos deducet me in terraz rectam:

† ſ Sed deduci nullo mō merui. vel ut inde lauderis. vnde alibi ſ vt rem noīs tui impleas qd eſt hieſus. † ſ Ego me occidi.

† propter nomen tuū domine † viui-

† ſ vel iuſticia. † ſ Nō mea. † ſ Caſ. Quando data venia ꝺ ſeculo iubet exire quaſi ꝺ carcere

ficabiſ me in † ęquitate † tua. † Edu-

ces de tribulatione animā meam:

† ſ nō in merito meo. † ſ Dic. ſ nil potuerunt contra me.

et † in miſericordia tua † diſperdes

† ſ In iudicio futuro. ſ dyabolum et omnes obſtinatos.

inimicos meos. † Et perdes oēs

† ſ tribulant. ideo. vel merito.

qui tribulant animā meā: † quoniā

ego ſeruus tuus ſum.

Collocauit. Aug. Et xp̄us in obſcuris in paſſione. in ſepulcro. ſ nō vt mortu⁹ ſeculi. quia cur moreretᵉ nō habuit. Et anxiatus. ſcd'm illud. Triſtis eſt ani. m. vſq̄ ad m. Et iterū cępit hieſus tedere et pa. in quo nos figuramur. Trāſfigurauit eū ſe in corpus humilitatis noſtrę. In me. nō in alijs. q̄ om̄es deſe-ruerūt. et quia eū mori videbant aliud puta-uerunt. victi a latrone qui tūc cōfeſſus eſt. q̄n ipſi defecerunt. Memor fui. hoc dicunt mēbra nō caput in ſua pſona. Quomō eī memor eſt dierū p quem factus eſt om̄is dies. ⁊ qui nūq̄ obliuiſcitur. Corp⁹ ergo loquitᵉ inherenſ illi in charitate et duota hūilitate. Et ait. Memor fui d. a. quib⁹ bona facere. ſed non eſſe cępiſti. Meditatuſ ſ. i. o. o. t. quia vtiq̄ oīa bona ſūt in quo pcipit. quia quidqd in ſe boni eſt. a deo eſt. Et in factis ma. t. m. ac ſi diceret. Queſiui in ope artificē. et in cōditis oīb⁹ cōditorē. creatura tua facta ē michi ſpectaculum.

Me. fui. Caſ. Recolens iſte q̄ fecit cęlū et terrā. et q̄ benefecit antiquis, obliuiſcitᵉ miſeriarū mūdi. et ex his quę deus fecit ſe cōſolatur dicens.

Velociter. Aug. Tercia ps vbi ponitur depcatio cauſis cōfirmata.

Quia defecit ſpi. Auguſ. Impleat me tuus ſpūs. quia defecit me⁹ iam ſū paup ſpū. In quo eū viuit ſpūs ſu⁹. ille ſupbus ē ſpū ſuo et extollitᵉ cōtra deū. vn̄ alibi. auferes ſpūm eorū ⁊ dficiēt

In lacū. Aug⁹. Ille deſcēdit in pfundū. qui etiā pdit cōfeſſionē. vt qui ꝓponit ſibi licentiā peccādi ſine ſpe venię habenis iniquitatis effuſis. Talis nō audit deū dicentez Cōuertimini ad me et ego cōuertar ad vos.

Mane. Caſ. Poſt noctē peccatorū. Aug. mane eſt cū pcc̄a laxātur.

Notam. Aug. Hoc fecit de⁹ cū ꝓpheticū ſermonē accēdit de⁹. Cui ſicut petrus ait, debem⁹ intēdere tanq̄ lucernę in caliginoſo loco donec dies luceſcat. Ideo etiā et ſe lumē in teſta carnis poſuit. ad qd lumē ambulem⁹. et ad formā ſerui ābulādo pueniem⁹ ad lumē purū ad verbū in prin. a. d.

Animā. Caſ. Vt vas ad fontē attuli. imple ergo.

Spiritus tuus. Aug. Quarta ps vbi eſt lęta concluſio. Q. doce me quod vtiq̄ facies. Quia ſpiritus tuus.

Propter. Aug. Gratia dei hic cōmendatur. quia nō ex meritis. ſed

ex noīe quod eſt hieſus ſe viuificandū dicit·ſed cū hoc gratia equitatis me¬
minit·quia licet deus oīa gratis faciat. Caſ. iuſticie tū eius eſt ſupplices
iuſtificare quod demones videt impetere.

Pſalmus dauid ad goliā. Caſ. Dauid xp̄us totus caput et cor¬
pus. Arma quib⁹ armatus erat populus iudaicus circūciſio ſacrificia ⁊ alia
viſibilia ſacramēta. Sed qꝛ lex ꝑ iſta nō poteſt viuificare vt ꝓmentia non
vt adinuātia. In tempꝛe gratie xp̄us caput et corp⁹ depoſuit legis ſacramē
ta·et quiqꝫ lapides·i·
ipſam legē· quinqꝫ ſcꝫ
libros moyſi tulit de
flumine·i·a populo il¬
lo·qui ꝑ flumē ſignifi¬
cat᷑: quia labit᷑ oīe ſe¬
culꝫ· qꝛ ḡ in flumine
·i· in illo populo la¬
pides vacabāt inuti¬
les. ſed vt lex eſſet vti¬
lis·dauid accepit vas
paſtorale·i·gratiā ſine
qua nō poteſt lex iple
ri. qꝛ plenitudo legis
charitas·que eſt ex ſpi
ritu ſancto. Hoc eſt er
go mittere lapides in
uaſe paſtorali quo lac
mulgere ſolebat legi·ſ·
admiſcere gratiā. Sic
armatus ꝓcedit aduer
ſus ſupbū. Vnū lapi
dē miſit q̄ deiecit ſup¬
bū. quia vnitas vincit
dyabolū. Percuſſit ī
fronte·quia ex eo loco
corpis ſui occidit: vbi
ſignū xp̄i nō habuit.
Deiecto caput gladio
eius abſtulit. quia qn̄
magni eius credūt q̄s
ille in manu habebat.
vnde aīas trucidabat
contra eū loquūtur. et
ſic caput eius gladio
ſuo incidit.

Caſ. Dauid goliā·
xp̄us occidit dyabolū
humilitas ſuperbiam.
deus eīn fit hūilis. vt
ſupbi q̄ hūiles ſcōs dignarētur ſequi. hūc ſaltē velint imitari·de ſua eīn fi
gurali et myſtica gloria xp̄i agit·ex q̄ ꝓceſſit et ſua. Agens ḡ deo gratias de
ſua ꝓcatur vt ille veniat qui dyabolū vincat: et ſuos fideles liberet. Nō in
ſoleſcit de victoria vt ſolet homo: ſed virtuti dei dat.

De hac victoria quaſi terminū oīm mūdanarū rerū ſibi fecit ꝓpheta. nō
eīn poſt hanc aliquid dictur⁹ eſt vel de eccleſie ꝑſecutorib⁹·vel erūnis ſecu¬
li·vel ꝑnitētia·vel lamētatione pia·vel antixp̄i elatione·ſed ſeptē reliqui
diuinis ꝓconijs et celeſti leticia pleni ſunt·vt q̄i repulſis nubib⁹ peccato¬
rū: ſerenis mentib⁹ ad laudes dei ꝑueniat᷑. et quaſi cōpletis oībus quibuſ
humana ignorātia erat inſtruēda·nūc ad ſola ꝓconia dei vacandū eſt. vn¬
de ſpūaliter ſequens pſalmus laudatio intitulatur.

Caſ. Triumphalis pſalmus. agit primo de victoria qꝫ dauid figurali
ter vicit goliā ſpūaliter ipſe cū alijs ſanctis dyabolū·que tota victoria inde
eſſe dicit᷑. quia xp̄us de eius ſemine venit vincere ſupbiā mūdi. vnde aduen
tū eius ꝓcatur. Secūdo ꝓmittit ſe victori cantare in nouo et veteri teſtamē
to ꝓcans per eū liberari ibi. Deus canticū.

Qui docet manus. Aug. Id eſt. qui ꝑ ſpūm ſanctū dat michi do¬
na gratiarū·quib⁹ me facit et docet pugnare et ꝓcedere ad bellū cōtra prin¬
cipes tenebrarū et cōtra carnē. cui⁹ deſiderijs et illi mala ꝓponunt᷑. Sed vi
cit ille. qui lapidē mittit in lactis exceptoriū·i·qui gratiā attendit qui ſpiri¬
tu dei ducit᷑. Et qꝛ in pugnādo ꝑiclitaris·dic qđ ſequit᷑. Miſericordia. ⁊c.

Et digitos. Aug. In digito notat᷑ diuiſio opatōnis que eſt in radice
vnitas vt aplus ait. alij datur ꝑ ſpūm ſermo ſapientie. Alij ⁊c. Quaſi alij
hoc·alij illud. ſed oēs in eodē ſpū. oīa eīn opat᷑ vnus atqꝫ idem ſpiritus
diuidens ſingulis ꝓut vult.

Miſericordia mea. Caſ. Quia ꝓlixū eſt multas cauſas explicare.

ſ Agens de victoria·

Pſalmus dauid ad goliam.

CXLIII.

ſ Sit. ſ Omniū

Benedictus do
† ſ Cui me ſubieci et dedi·
† ſ Caſ· Si primo das te deo. tunc il
lo adiuuante et docente pugnabis·
minus deus †meus †qui docet ma
† ſ Quod de ꝓpe fit. ſ Contra carnem·
nus meas ad †prelium: et digitos
† ſ Quod de longe fit· ſ Cōtra principes tene
brarū † ſ Et vnde michi hoc· ſ In collatis
beneficijs.
meos ad †bellū. † Miſericordia
† ſ turris in tribulatione· † ſ Ne cadam.
mea et †refugiū meum: †ſuſceptor
† ſ Ne hereā in uia. † ſ Ne feriar.
meus et †liberator meus. †Pro¬
† ſ In omibus laboribus et prelijs· † ſ Ecce
caput loquitur nobis. vel pater·
tector meus et† in ipſo ſꝑaui: †qui
† ſ Q·qui ꝑ ſe nichil ꝑ te dignū quid.
ſ vel dis.
ſubdit populū meū ſub me †Dn̄e
† ſ aug·totū quod eſt inde eſt qꝛ innotuiſti ei·
ſ Per aſſumptā humanitatē·
quid eſt homo quia †innotuiſti ei:
† ſ Id eſt·et. † ſ Quid eſt· † ſ Per hoc.
† ſ vel eſtimas. ſ Alicuius precij. ſ qꝫ tāti
eum facis
†aut †filius hominis †quia †repu¬
† ſ Quē tanti eſtimas· ſ Et tamē innotuiſti ei
et eſtimas eum· ſ Ecce quid per ſe.
tas eū. † Homo vanitati ſimilis
† ſ bū eſt in nocte eſt· ſ Caſ. videt᷑· ſed nō habꝫ
firmitatē manendi.
factus eſt: dies eius ſicut† vmbra
† ſ Sed o· ſ Cōtempera hoīb⁹ apoſtolos·hu
miles dicāt alijs tuam excellentiā. ſ Q·talis
per ſe ē homo. ſed vt per te reformetur.
pretereūt. †Domine inclina celoſ
† ſ Per eos. ſ Ad nos ſ Ad noticiā alioꝝ.
† ſ de gratia tua. † ſ Elatōnes terre tumidos
gentiles. i. ſupbos.
tuos et †deſcende: †tange †montes
† ſ Confitebūtur peccata· † ſ Ecce bellū chriſti
cōtra dyabolū. ſ Cōtra eos aūt qui cōſpirant
cōtra te fulgura. co. crebreſce miraculis et territi
nichil audebunt· ſ vel o
et †fumigabūt. † Fulgura choru¬
† ſ Ab inuicē· † ſ In fine autem.
ſ vel nes.
ſcationē et †diſſipabis eos: †emitte
† ſ verba tua. † ſ Ad penitentiam.
†ſagittas tuas et† ꝯturbabis eos.
† ſ Chriſtū. ſ dn̄s in tuba dei deſcēdet ꝺ celo.
Emitte †manū tuam de alto eripe
† ſ He ſūt aque cōtradictōis. ſ aug⁹ Populis
foris vel intus oppugnātibus.
me ⁊ libera me de †aquis multiſ: ⁊
† ſ Quid eſt de aquis de m. f· † ſ Qui aduerſo
patre dyabolo nati ſunt. † ſ Exaggerat eorum
maliciā vnde addit·et dexteram·
†de manu †filioꝝ alienorū †Quo
† ſ id eſt. dextra eorū eſt ſiniſtra·
rū os locutū ē vanitatē: ⁊ †dextera
† ſ auguſ. Quid tu inter eos·in vaſe paſtorali ha
bens quinqꝫ lapides·
eorū dextera iniquitatis †De⁹ cā
† ſ Noui hominis noui teſtamēti· † ſ aug. In
lege decē preceptorū cantabo tibi cāticū nouū. qꝛ
pleitudo legis charitas·qua qui caret portare po
teſt pſalteriū·pſallere nō poteſt·
ticū †nouū †cantabo tibi: in pſalte¬

breuiter ſingula ſingulis verbis tāgit· Miſericordia quādo vltim⁹ fratrū
in regē vnctus eſt. Refugiū. quādo cōtra goliā cōſiliū dedit vt petra deij¬
ceret eū cū quo nō poterat armis pugnare. Suſceptor quādo fecit generū
regis. Liberator·a ꝑiculo regie ire. Protector quādo in ſpelūca ius in ſau
lez accepit. poſt tanta beneficia ſcit a tali ſpe nō eſſe ceſſandū. ideo ſubdit·
in ipſo ſꝑabo·vel de futuro qꝛ imꝑaturus erat populis. vl' ſemini ſuo xp̄o
populos ſubditos predicit. poſt tanta bn̄ficia non ſolū ſe fatet᷑ exiguū. ſed
totū gen⁹ humanū be
neficijs dei indignū. qꝛ
cū deſpectu et ſub ad¬
miratōe ſubdit᷑ domīe
quid eſt ho·⁊c.

Aug. Miſeri·me·
Quia tu das michi ut
miſericors ſim·et ſic vi
cā·quia de nullo alio
ſic vincit᷑ dyabol⁹ ini¬
micus vt de miſeri. cor¬
dia que in duob⁹ cōſi
ſtit ſcꝫ in dando et di¬
mittendo. Qui eīn di¬
mittit. et ſi peccauit. di
mitter᷑ ei. Qui dat da
tur ei. De hac dicit ia
cob⁹. Superaltat mi
ſericordia iudicō·i·ſup
ponit᷑ iudicio. quia in
quo fuerit īuentū op⁹
miſericordie. et ſi ha
buerit forte in iudicio
quo puniat᷑·vnda mi
ſericordie quaſi aqua
peccati ignis extiguit᷑.
In quo nō eſt iniuſtus
deuſ. nec iudicij verita
tem deſerit cū talibus
ignoſcit·quia iuſticia
eſt. vt ſcd̄m qꝫ quis fec
alijs fiat ei·vnde dn̄s
ait: In qua menſura
mēſi fue·ea·re·vo·ac
ſi diceret. Si ignoſcis
ignoſco. Et ſi eſt apud
te mēſura venie dāde
inueies apud me mēſu
rā venie accipiēde. Et
ſi eſt apud te menſura
retribuēdi quod habes īuenies apud me mēſurā accipiēdi quod nō habes
dimitte ergo et dimitto. da et do.

Quia reputas. Magnū eſt quod de⁹ eſtimat·et tanti facit·vt ꝑ eo
filiū dederit. cui etiā fit panis qui eſt panis angeloꝝ. nō eīn ſic eſtimat hoīeꝫ
deus vt homo·qui carius emit equū qꝫ hominē.

Vanitati ſimilis factus. Aug. Quādo homo cōditus eſt verita
ti ſimilis factuſ eſt·vanitati peccādo·vana ſunt oīa tranſitoria compatō
ne ſempꝛ manentis veritatis·

Aug. Vanū eſt quod de ſua ſubſtātia cadēs vaneſcit vt fum⁹. vmbra
ita et ipſe homo tabeſcit. vnde ſubdit. dies eius·i· vita eius motoria·i·tran
ſitoria·ſic ꝓterit ſicut vmbra.

Domine inclina. Aug. Humilis dauid ex ꝑſona eccleſie plen⁹ gra
tia ꝓſumens de deo·pugnans hic inuocat adiutoriū dei. Quaſi in lucta ſu
mus. ſed ne deficiamus domine inclina.

Caſ. Domīe. Idem apit qđ ſupra dixit innotuiſti·qꝛ tūc innotuit. quā
do incarnat⁹ apparuit. Inclina. qꝛ hec niſi inclinata diuinitate fieri nō
poterāt. inclinati ſūt celi quādo honor et virtus ſupnorū ad hominē deſcē
dit·et forma dei formā ſerui ſuſcepit.

Emitte manū. Caſ. Ad patrē verba cōuertit·emitte manū·i. xp̄m
de alto. vbi cū patre. vt carnē induat.

Aug. Vel de ſecundo aduētu agit in ꝑſona eccleſie. Q. ita fac modo.
Emitte ma·t·de al·id ē·xp̄m de celo ad iudiciū. veniet eīn dominus in vo
ce angeli et in tuba d·deſ·d·ce·deinde ex perſona eccleſie ſubdit. Eripe me
ſcꝫ ꝑ eam manū. Et libera ⁊c. vt in littera.

Deus canticū. Caſ. Secūda pars vbi quaſi ille quē ꝓcabat᷑ victor
et liberator venerit: ei ſe cātare in nouo teſtamēto et veteri ꝓmittit. et ab eo

ꝑcatur liberari ab his. qui beatitudinē putant in terrenis.

Canticū. Aug⁹. Hoc alio nomine ſignificat legem. quam per quinqꝫ lapides ſignificauit.

Gladio. Aug. Quas ſuperi⁹ dixit aquas· ipſū hic dicit gladiū. vñ et hic ſubdit quod ibi. Et erue me de manu filiorū alienorū.

Maligno. Aug. De quo lingua eorū gladius acut⁹. Eſt et benign⁹ gladius de quo dñs ait: Nō veni pacē mittere ſed gladiū. Hic eſt gladi⁹ bis acutus vtroqꝫ acumi. e ꝑpotens ſcꝫ veteris et noui teſtamenti. quo omnis putredo a mēbris chriſti abſcinditur.

Quorū filii. Hic qui ſint alieni· ⁊ quę illorū dextra iniquitatis· et q̄liter locuti ſunt vanitatem exponit.

Aug. Felicitatē eorū enumerat· hęc ē dextra eorū· hęc eſt vanitas quā loquūtur· dū hęc dicūt beatitudinē

Caſ. Quoꝝ filij. Vel myſtice hęc pñt itel· ab illo loco· Et agit de erroribꝫ malorū et hereſibus hereſiarcharuꝫ et peſſimis cogitatōnibus oſtendēs eos eſſe hereticos de quibꝫ etiā quędam ad litteraꝫ exponūtur ſic. Quorū ſcꝫ ꝑdictorū filij ſunt ſicut nouellę plan· in iuuē· ſua. id eſt· filij eorū ſunt ſicut nouella plātatō. Qui nō de apoſtolis fūdati ꝟ de puerſitate nouitatis· Poſt mala ipōrū nunc et bona accuſat. Filii. prauo dogmate generati. qui ñ antiquis ritibꝫ patrū viguerūt· ſed nouis erroribus pullulauerūt. Filię. quę nō habēt vires conſtantię. Cōpoſitę. non natura pulcrę. ſed ab hominibus compoſitę. hę filię ſunt cogitatōnes vel predicationes eorum

† ſ Strepitus aquarū nō facit obmuteſcere·

rio decacordo †pſallaꝫ tibi. Qui

† ſ Montibus iam fumigantibus.

das ſalutē †regibus· qui redemiſti

† ſ totū chriſtū caput et corpus· † ſ aug. quia eſt et benign⁹ gladius quo deus loquit̄ veritatem malignus quo illo loquūtur vanitatem·

†dauid ſeruū tuū: de gladio †maligno eripe me. Et erue me de ma

† ſ hac repetitiōe deteſtabiliores iniquos reddit.

nu filiorū alienorū· †quorū os lo

† ſ Quia terrena ſunt beatitudo. † ſ Quia terrena pro dextra habent·

cutū eſt †vanitatē: et †dextra eorū dextra iniquitatis. Quorum filij

ſ vel nouelle ſtabilite·
ſ vel la. ſ vel nis.

ſicut nouellę plantationeſ: in iuuē tute ſua. Filię eoꝝ compoſitę: circūornatę vt ſimilitudo templi.

ſ vel cellaria·

Promptuaria eoꝝ plena: eructātia ex hoc in illud. Oues eorū fe toſę abūdanteſ in egreſſibus ſuiſ:

ſ vel ſi.

boues eorū craſſę. Non eſt ruina

† ſ vel ſepis. † ſ vel exitus· † ſ Nullus tumultus ſed pax quieta.

†macerię neqꝫ †tranſituſ: †neqꝫ cla

† ſ Sed qꝛ ſ Non hoc arguo. † ſ filij alieni

mor in plateiſ eorū. †Beatū †dixe

† ſ Quid tu dauid dicis·

runt ppl'm cui hęc ſūt: †beat⁹ popu

† ſ voluntate. † ſ poteſtate.

lus cuius †dominus †deus eius.

† ſ fit· † ſ xpō qui de ſemīe dauid·

Laudatio †ipſi †dauid.

CXLIIII.

quę non habent veram eccleſiam ſed ſimilitudinem. Promptuaria. corda diuerſis rebus facta· vnde peſſimas eructatōnes exalant quę fetent· Ex hoc in illud. inſtabiles quia nō habēt radicē veritatis. Oues. ad lrāꝫ. qꝛ vult eos oſtendere caducis rebus herere· R· d· peculiū eorū fetoſū. cū ipſi fide ſteriles vnde myſtice diſcipuli eorū hę oues ſunt fetoſę quia ipſi alios plures in errore generant. In egreſſibus. nō in ingreſſibus· quia totū bonū quod habere videntur ab eis egredit̄ cito periturus. Boues. nō labore macri ſed ocio pingues· vt hi qui affluunt diuitijs. cū ipſi ſint a veritate ieiuni. Vel myſtice boues magiſtri· terrenis affluūt. Maceria. ꝗ̄ de ſolis ſaxis· in ortis· vel vineis· ſed nec ipſa ruit illis. adeo ꝓſperi. Nec tráſitus nec clamor. turbidus interrūpit quietē eorū. Vel myſtice maceria ars philoſophorū. quę nō poteſt deſtrui vt tranſeant iuſti. nec clamor dei qui in anguſta via quę ducit ad vitam eſt in plateis eorū· id eſt· in lata via eorū quę ducit ad mortem. Beatū dixerunt. Non inde reꝑhendit quia his abundant. ſed quia ꝓ dextra habent· i· ꝓ beatitudine· et hęc eſt vanitas quā locuti ſunt· his et abraā et yſaac et iacob abundauit· felicitas eſt ſiniſtra· i· temporalis mortalis.

Laudatio ipſi dauid. Caſ. Breuiter continet hic pſalmus quę in ſcripturis diuinis late diffundūtur. vbicūqꝫ em̄ de laudibus dei agitur legitur. vel opera vel potētia vel aliquid ceteroꝝ. Ad cuius ꝑconia ſequentes pſalmi ꝑtinēt· q̇ cū iſto ſeptē ſūt· vt ſepties in die l· d· t· vt ſeptē ſūt ſpūs gratiarū qui laudes cōcinnūt ſicut in apocalipſi legit̄. in his ſufficienter de⁹ docuit quomō velit laudari· ne quis in eius laude errare poſſet.

Aug. Spū ſancto implet deus ſanctos vt laudent eū· et ne erremus in laudando. iter laudis in ſcriptura conſtituit· Si homo laudat: arrogantia eſt. ſi deus ſe· miſericordia eſt. quia laudando ſe amabilē facit. et nos amando meliores ſum⁹ non ipſe. Ideoqꝫ ſpūs e⁹ in hūis ſuis laudat eū quia laudari ſe facit.

Caſ. Vt ſeptē pſalmi penitentię: ſic et ſeptem ſpiritus. iuxta illud ſacramentū quod ꝑcepit dominus moyſi· in tabernaclo ſepteꝫ lucernas ponere. ꝑpetuo lumine lucentes.

CXLIIII.

Aug. Primo ꝓpheta ꝓmittit infinitā laudeꝫ. Secundo omnes ꝑfecturos dei laudem nouē modis dicit ibi· Generatō ⁊ ge· Tercio eadē latius explicat ibi. Miſerea·

In ſeculū ſeculi. Caſ. Qui hic nō incipit· in futuro mutus erit.

Per ſingulos dieſ. Caſ. Qui hic ꝑ ſingulos dies· in eterno die merebit̄ laudare cōtinua exultatōne.

Aug. Benedicit nunc ꝑ ſingulos dies· vt cum venerit vnus ſine fine dieſ eat ex laude in laudē ſicat ex ꝟtute in virtutem.

In ſeculū et in ſe. ſe. Caſſi. De qua laude alibi. In ſecula ſeculorū laudabūt: qꝛ ſemꝑ amabunt· quem ſꝑ videbūt· qua viſiōe nichil delectabilius.

Nimis. Vno ꝟbo dedit cogitare qđ nō poteſt capi plene: et ideo nunqꝫ ceſſes a laudibus.

ſ Notū facio predicādo qꝛ es.
ſ Creator et recreator.

Exaltabo te de

† ſ Chriſte. ſ de iuda· vnde reges in ve· teſ. † ſ Laudabo·

us meus †rex· et †benedicā nomini

ſ hic. ſ In eternuꝫ·

tuo in ſeculū: et in ſeculū ſeculi.

ſ Exponit quod dixit. ſ aug· Ecce in ſeculuꝫ· ſine intermiſſione in letis vel triſtibus.

†Per ſingulos dies benedicā tibi: et laudabo nomen tuū in ſecu

† ſ Cauſam laudis ſubdit. ſ In eſſentia·

lū et in ſeculum ſeculi. †Magn⁹

ſ vel valde·

dominus et laudabilis nimis: et

ſ Incōprehenſibilis cogitatōne vel loco.
ſ ideo nō potes laudem finire·

magnitudinis eius non eſt finis.

† ſ aug. omis repetitio dicētis· in infinitū miſit animū cogitātis· vel generatio qua in preſenti naſcūtur filij dei. et generatio qua filij reſurrectōis vnde dicitur. in generatōe cū ſederit filius hominis id eſt. reſurrectione.

Generatō ⁊ †generatio laudabūt

† ſ Primus locus laudis· † ſ Secūdus locus laudis·

†opera tua: et †potentiā tuam pro

† ſ tercius locus laudis. ſ Alij magnificētiā maieſtatis tue. et ſanctitatē tuam loquentur·

nūciabunt. †Magnificentiā glo

† ſ Quartus locus laudis· † ſ Quintus loc⁹ laudis·

rię †ſanctitatis tuę loquētur: et †mi

† ſ Sextus locus laudis· ſ aug· Nō tantū blāditur ſed etiā minatur. blandit̄ vt exhortetur. minatur vt terreat et corrigat·

rabilia tua narrabūt. †Et virtutē

† ſ vel metuendoruꝫ. † ſ Septimus locus laudis. ſ Cuius nō eſt finis· ſed narrabūt: cum talem eſſe laudabunt·

†terribiliū tuorum dicent: et †ma

† ſ Octauus locus laudis· ſ Non eſt oblitus nos oblitos eū. et nō oblitus facit nos reminiſci ſui.

gnitudineꝫ tuā narrabunt. †Me

Generatio et generatio. Caſ. Secūdo omnes ꝑfecturos laudeꝫ dei nouem modis promittit.

Opera tua. Aug. Si in magnitudine deficim⁹. vel de opibus laudemus opantē. de conditis conditorē· de creaturis creatorem.

Caſ. Nouē ſunt opera· potentia· magnificentia· ſanctitas· mirabilia· virtus terribiliū· magnitudo· memoria· iuſticia. quę poſt explicabunt̄ ex his quaſi locis et ſeminibus oīs laus trahitur. ad quē modū oīa argumenta de paucitate locorū ſumunt̄.

Et potentiā. Aug. Nō em̄ opa laudant niſi vt virtutē opantis annūcient. ſed quidā eloquētes creaturā laudant creatoris obliti. ſancti vero laudatores ſi opa amāt et laudant magis opatorē et ꝓpter hęc illū amant.

Aug. Si in rebus factis ſentit̄ aliqua ſpecies: vtilitas· virtus· et laudatur· magis in illo qui fecit. Si opera laudas: et te qui es dei opus. Et occurrit illud. Nō te laudet os tuū. ne arrogans videaris. ſed nō eſt arrogantia quia deū in te: non te laudas.

Et virtutē. Aug⁹. Si nō minaretur: nulla eſſet correctio. ſi vero non blādiret̄ nulla eēt exhortatō. Eſt itaqꝫ amabilis et terribilis. Dicēt ꝗ̄ virtutē diſciplinātis et punientis· ſi ꝑdicāt regnū etnū· nō tacēt ignem eternum.

Suauitatis. Aug. Ipſe ꝓ abundantē ſuauitatē ſuā prius memor noſtri eſt nos vocando, gratia ſua nos ꝑueniendo, inde nos eius.
Eructabunt. Dicit nō manducabūt. Aug. Manducat qui diſcit. ructat qui docet. hoc tamē eructuat quod māducat. hec memoria quia val de dulcis manducāda eſt et eructuāda. Sic ergo māduca vt ructes.
Tua. Aug. Nemo deo tribuat quia eſt et ſibi tribuat, quia iuſtꝰ eſt. Melius em̄ eſt qd ſibi vult tribuere quam illi. Totum ergo illi da in totū ipſum lauda

Miſerator ⁊ miſericors. Caſſi. Tercio latius explicat que ſecūdo breuiter ꝓpoſuit, quaſi merito in his laudabūt, quia miſe ꝑtes laudis ponūtur hic que ſupius. ſed nō ſingule poſſunt explicari. quis em̄ opera vel potentiā eius plene explicare.

Aug. Miſe. ⁊ mi. quibꝰ iaʒ veniā dedit Patiens. his qbus nōdū dedit. ſed expectat vt det.

Caſ. Miſera. Ab opibus incipit. vt miſerator dicatur dū cadentes reſtituit. Miſericors. natura etiā dū creat. Patiens. hoc ſumit de ſecundo loco laudis ſcʒ de potentia quā laudat. nō ꝙ terras ſuſpendit. maria coercuit, ſtellis celos depinxit, et cetera. ſed quia tolerat peccātes vt cōuertātur. Suauis. de magnificentia ſumitur. quia nil magnificentius quam ſuauē eē guſtantibus. et miſericordiā omnibus opibus ſuis impendere. nō autem his que dyabolꝰ facit. ea em̄ potius dānat.

Et miſerationes eius. Aug. Si em̄ tollas opa tua mala. et nō in te remaneāt niſi opera eius. non te dimittet miſeratō eiꝰ. Si aūt tu non dimittas opera tua. erit eiꝰ ſeueritas in opera tua cū dicet. Ite maledicti in ignem eternū.

ſ foris. ſ Intus ea pleni ſ Nonus locus laudis. ſ Quā memores tui accipiunt a te. ſ Nō ſua.
moriaʒ abundantie ſuauitatis tue eructabunt: et iuſticia tua exulta
ſ Q. hec predicta laudent et annūcient. et ꝙ de his laudant et exultant tu feciſti. merito illorum bona tua ſunt. que per miſericordiā eis preſtātur
bunt. Miſerator et miſericors
ſ Repetit de miſericordia.
dominus: patiens et multum miſericors. Suauis dominus vniſ Quia facit ſolē ſuū oriri ſup bonos et malos in huiōi. Et ī hoc ꝙ expectat et monet. bene omibꝰ facit. ꝙ ſi punit. ſeueritas ē. nō eiꝰ. ſʒ ī tua opa
uerſis: et miſerationes eius ſuper
omnia opera eius. Confiteantur
ſ In cōfeſſione operū ſancti inſpicientes benedicūt te. quid enim dicent. gloriā r. quam potens deus qui hec fecit et continet.
tibi domine oīa opera tua: ⁊ ſancti tui benedicant tibi. Gloriā re
ſ In regno.
gni tui dicent: et potentiam tuā loſ Loquentur ad hoc vtiqꝫ.
loquentur. Ut notam facient fiſ vnde quidam timore pene. quidam ſpe glorie cōuertūtur.
lijs hominū potentiā tuam: ⁊ glo
ſ Cuius: nō huius ſeculi regnū dico. et quod decorē habet. ſed nō ibi magnitudo decoris ſʒ tuū.
riaʒ magnificentie regni tui. Re
ſ Eternū.
gnū tuum regnū omniū ſeculorū:
ſ Per quod oſtēditur regnū eſſe forte. ſ ꝑ ſucceſſionē. vel hac et futura.
et dominatio tua in omni genera
ſ Quidquid ꝓmiſit dedit. et ꝑ data fidem fecit ceteris dādis que ꝓmiſit. et quaſi in cyrographo ſcribi fecit.
tione ⁊ generatione. Fidelis do
minus in omnibus verbis ſuis: et
ſ vt verax in ꝓmiſſis, ita sanctꝰ in omni opatōe.
ſanctus in omnibus operibꝰ ſuis.
ſ Nō ꝙ omēs. ſed quicūqꝫ alleuātur hoc eſt per eū. ſ Qui nōdū corruerūt. ſ vel decidunt.
Alleuat dominus omēs qui cor

Conſi. t. o. op. Augꝰ. Laudent. Sicut ea que nō habent ſenſū laudandi que ſunt materia laudis. quia dū inquiris īuenis magnam vim in eis que a deo.
Et ſancti. Caſ. Omē quod eſt cōfitetur vel ꝑ ſe vel ꝑ rationales creaturas. Vel ſancti. i. angeli et hoīes. Hoc de ſanctitate. ipſa eſt enim ſanctitas dei vt ei ſancti debeant confiteri.
Gloriā regni. Caſ. De mirabilibus ergo ſumitur. Quam mirabilis em̄ qui fecit celū et terrā. et diuerſis bonis impleuit.
Ut notam. Aug. De virtute terribiliū hoc ſumitur. ſanctis em̄ ꝑdicātibus nota facta eſt potentia dei qua vindicat in malos. et gloria regni quia coronat bonos. ne ignorata minus quereretur. et nota etiā facta eſt. quādo apoſtoli virtutes fecerūt et ꝑ notitiā vtriuſqꝫ ſcʒ potentie et glorie. quidam timore pene. quidā ſpe glorie cōuertūtur. Et nota ꝙ poſt potentiā cōmendat decorē regni. quod ideo facit. vt potentia noīata amantem nō terreat. habet enim regnum quo delectemur. et illud regnum habet decorem. cui magnifico nil comparatur.

Regnū. Caſ. Laudat de ꝑpetuitate et dominatōnis affectu. et ſumit hoc de magnitudine. ſi magnū eſt ad tempus imꝑare. maius eſt dominationis terminū nō habere.
Fidelis. Caſ. De abundanti ſuauitate hoc ſumit. vnde ſupra. Memoriā abūdantie ſuauitatis tue. Fidelis quia aduentꝰ dona cōpleuit. Ad abundantiā quoqꝫ ꝑtinet ꝙ alleuat ruentes. erigit eliſos. vnde recordatio ſuauitatis habet. et in laudibus eius eructuatur.

Qui corruūt. Caſ. A malis ſuis. quos omnes alleuat deus. Uel ab his tempalibꝰ ſicut ſancti vt iob. qui in ſeclo aliquid ꝑdūt. et abiecti fiūt. decidentes ſunt. ſed hos oms cōfirmat. quia ſepties cadit iuſtꝰ et reſurgit. impij aūt infirmātur ī malis.

Et erigit om. e. Aug. Ad ſe ꝑtinentes. quia ſuperbis reſiſtit.

Oculi. Aug. De iuſticia latius agit. vt qui miſericordē audit iuſtū timeat. et iuſticie eſt vt ſpantes ſatiet. corporaliter vel ſpūaliter. nō ſp em̄ danda ē eſca ſʒ in tempe opportuno. multis em̄ petentibus ſalubriter differtur.

Et tu das eſca. Aug. Dat ergo medicus egro quod cōueit. et quādo cōuenit. non vt homo deſiderat et petit ne obſit ſi det. Petit em̄ apoſtolus de angelo ſathane vt auferret ab eo. ⁊ nō accepit: ſed ꝓpter ꝑfectionē ſuā quia tēpus adhuc erat exercende infirmitatis. Petit dyabolus temptandū iob et accepit. ſed ad damnationē ſuā. Ipſe xp̄s mori venerat, et tamē trāſfigurās in ſe infirmos ait. pater ſi fieri poteſt tranſeat a me caliſte. et licet nō acciꝑet quod petere videbatur ait: nō qd volo: ſed quod tu: bn̄dicēs deū in oī tpe.

ſ Qui ruinā peccati paſſi ſunt ſ Intētōes.
ruunt: et erigit oēs eliſos. Ocu
li omniū in te ſperant domine: ⁊ tu
ſ Quaſi egro qd cōuenit et quādo cōuenit. nō vt homo deſiderat.
das eſcam illorū in tempore oppor
ſ Q. quā eſcam. ſ Quia omīa in eius ꝑtāte. ſ Benignitatem potentie tue.
tuno. Aperis tu manū tuā: ⁊ im
ſ Rationale quod poteſt benedici.
ples omne animal benedictione.
ſ Et quādo cedit. et quādo curat. Sic cōfeſſi ſūt daniel et oēs ſancti in tribulatōibus ꝙ iuſta ſūt iudicia dei.
Juſtus dominus in omnibus
ſ Pius, patiens, dator omniū bonorum.
vijs ſuis: ⁊ ſanctus in oibus operi
ſ aug. Et ſi nō ſtatim facit. ideo magis nō ſacit quia prope eſt.
bus ſuis. Prope eſt dominus
ſ Sed quibus inuocantibus.
omnibus inuocantibus euʒ: om
ſ aug. Nō ſecundū vana deſideria que aliud quam ipſū querunt.
nibus inuocantibus eum in veri
ſ aug. Si ideo timent vt faciāt eiꝰ voluntateʒ.
tate. Uoluntatem timentium ſe
ſ Aliquando et ſi non mox.
faciet. ⁊ deprecationē eorum exau
ſ Apud eum ſuauitas eſſe oſtenditur.
diet: ⁊ ſaluos faciet eos. Cuſto
dit dominus omēs diligentes ſe: ⁊
ſ aug. eos qui ꝑſeuerāt in peccatis. ſ apud eū ſeueritas eſſe demonſtratur.
⁊ omnes peccatores diſperdet.
ſ Concludit laude. ſ Q. quī oīa ita ſe habēt. ſ Et meo exemplo. ſ Conuerſi ad deum.
Laudatōnē domini loquetur os
ſ Id eſt homo.
meū: ⁊ benedicat omnis caro no
ſ et hoc ī preſētī.
mini ſancto eius in ſeculum. ⁊ in
ſ id eſt, in futuro
ſeculum ſeculi.

Alleluia.

Aperis tu manū. Aug. Et ſi non das aliquando. das tamē opportune. differs quidē non aufers.
Juſtus. Caſ. Ipſo nomine iuſticiaʒ aperit. vt manifeſte oſtendat hic laus de iuſticia eſſe. Vie ſunt diſpoſitiones et voluntates que omnes iuſte. etiam ſi verberat.
Uijs operibus. Sciendū ꝙ vie ad diſpoſitōem ꝑtinēt. opera ad effectū. hec ſcd̄m nos diuiduntur. Sed apud illū hoc eſt velle quod facere quia ex eius voluntate res habent eſſe.
Prope eſt. Caſ. Propitiꝰ qui vbiqꝫ. et hoc de iuſticia.
Uoluntatē. Caſ. et hoc de iuſticia ſumitur.
Cuſtodit. Caſ. Concludit de iuſticia. equū eſt enim et diligentes cuſtodire et peccatores perdere.
Laudationē domini. Caſ. Expoſitis oībus ſequitur breuis concluſio. qua concludit quod nō poteſt explicari.
Alleluia. Caſ. Vox iſta quaſi muſica ſalutaris tanquam armonia celeſtis

que nō ſolū homines ſed etiā angelos delectat laudē dei exprimēs que congrue huic pſalmo ꝯſcribit̃ vbi vir iuſtus. Exhortat̃ animā ad laudē dei. qz in aduerſis aliquādo velit nolit ꝑturbatur anima. vnde ſupra. quare triſtis es a. m. et q. c. m. ſed vt auferat ei ꝑturbatōem ſuggerit gaudiū de ſpe. ſi nō in re. Spa in deo q. a. c. Aug. hac ſpe erecta aīa deū laudat hic. CXLV

Caſ. Primo ſibi quaſi omībus cōſulit laudare. ne in vanis ocieť ⁊ quaſi acquieſcēs ꝯſilio aſſerit ſe laudaturū ibi vbi poterit plene. Secūdo alios monet nō ſpare in homine ibi. Nolite cōfi. Tercō docet om̄z ſpē in om̄ipotentē ponendā ibi. beatus.

Lauda anima mea. Sed queriť a quo et cui hoc conſulitur. Si diciť caro conſulere aīme. nō videť hoc eſſe verū. cū a meliori et a digniori ſoleat inferiori dari conſiliū. Caro aūt īferior eſt anima. Aug. Anima eñ licet vitupata quia peccatrix. tñ melior diciť per naturam corpe laudato in ſuo genere. qz ſpūalis natura preſtat corpore. quā monet. regit. ſenſificat. capit. et ipſa infinita vicina eſt ſubſtātie dei. Sic aur vituꝑatū. quia ſordidū ꝑ eſt plumbo in puritate laudato. ſic et malus homo optimo equo. Nō datur ergo conſiliū aīme a carne ꝗuis domita valde et pacata. que tamē mortua ē ꝓpť peccatū. Nec etiā īmortalis conſulit anime. quia ſemꝑ infra aīmā eſt. ſed ſuꝑior pars anime. ſcz mēs que cogitat ſapientiā diuinā illi inherens. et in illā ſuſpirans. videt ꝗſdā ſui ꝑtes ꝑturbari motibus ſeculi et cupiditate terrenorū ad exteriora rapi. vnde ad īteriora et ſuꝑiora reuocat eā. Se ergo ſcdm ſenſualitatē exhortans dicit. lauda a. m. d. Quid eñ tibi placet in hoc ſeclo: diuiſa ꝑ tot ſeculariū rerū amores collige te ad auctorē. hic tibi pax et ſecuritas. Deinde reſpondet anima mēti quaſi hic ꝑgrauata nō valens deſiſtere vt dignū eſt. laudabo in vita: hic in morte laudabo tenuiter: quia corpus aggrauat animā. et terrena inhabitatio ſenſum deꝑmit multa cogitantē. hic ſpes paſcit. vita in futuro.

In vita mea. Caſ. Cum ei ꝑfecte inheſero a quo ſeparari vt modo ſit mors eſt. ſed ſpes cōſolať. in qua quodāmō viuēs laudat.

Quādiu. Nō ꝙ aliqn̄ nō ſit. quia in eternū erit. et ideo vere diu.

Nolite cōfidere. Caſſi. Secūda pars dato cōſilio et affirmato vbi plene poterit. quaſi longe remotos ⁊ interī dū mala ſunt quibꝫ turbatur anima. monet nō ſperare in homine. ſed in deo.

Aug. Vel quaſi in fine ſeculi mēte poſitus: cito finiēda docet non amare ꝓ eternis. quaſi et meo exemplo nolite confidere.

In filiis hominū. Aug. In vno filio hoīs eſt ſalus. et in ipō ſperate. nō quia filius hominis eſt. ſed quia filius dei eſt. Non ꝓpter illud quod ſuſcepit ex te ſed ꝓpter illud quod ſeruauit in ſe.

Exibit ſpiritus. Caſſio. Prius mūdat corda ꝓhibendo a noxijs. vt poſt ſalutaria intendat. monendo ſalubria.

Beatus vir. Caſ. Tercia ps vbi docet totā ſpem in om̄ipotēti ponē

CXLV.

ſ Quid de alijs ſatagis ſta mecū in laude dei.

**Lauda anima** ſ perfecte. **mea dominum: laudabo**

† ſ Eterna que vere vita. † ſ Sic laudabo ibi. et hic pſallā. vbi nō ſempꝰ ero ſ Hic eſt homo et alijs intētꝰ ⁊ iō nō ſꝑ et ꝑfecte pſallit. ſed ī eterno eſſe nō ſic ſed pſal. imo ꝗdiu fu.

**dominū in † vita mea. † pſallā deo**

† ſ vos alij maxime in nouiſſimis tpibꝰ poſiti. ſ vos aūt puſilli qui nōdū vel i. etiā de deo ſperatis. interim dū mala ſunt. in deo nō in homine ſperetis. Et hoc eſt ꝙ ait.

**meo ꝗdiu fuero. † Nolite confi-**

† ſ demonibus. ſ tenebrarū. ſ Qui tpalia amore ſuadent. † ſ Id eſt. baptiſtis.

**dere in † principibus: neqꝫ in † filijs**

† ſ aug. Quia domini eſt ſalus. nō principū ſeculi. vel baptiſtarū qui ſe iactant dare ſancta. Si hō dare poſſet minus a deo peteretur.

**hominū. in quibus † nō eſt ſalus.**

† ſ Sub eo quādo nō vult. vel ſcit. ſ vide eñ quid ſit ſpiritus. † ſ Anima. † ſ aug. Exeunte ſpiritu caro. † ſ Caſ. vnde cepit initiū. † ſ Mortis ſcilicet. † ſ aug. fruſtrabuntur.

